DE

PUGNA RANARUM ET MURIUM, QUAE IN BATRACHOMYOMACHIA DESCRIBITUR, OBSERVATIONES CRITICAE.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN ACADEMIA ALBERTINA REGIMONTANA

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

DIE XIX. MENSIS FEBRUARII A. MDCCCLXXXIII HORA XI

IN AUDITORIO MAXIMO

UNA CUM THESIBUS ADIECTIS PUBLICE DEFENDET

CAROLUS KUEHN
GUMBINNENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

VICTOR SCHLONSKI, CAND. PHIL.
AUGUSTUS BROSOW, STUD. PHIL., SEM. PHILOL. SOD.

REGIMONTI PR.
TYPIS TYPOGRAPHIAE LEUPOLDIANAE.
MDCCCLXXXIII.

ARTHURO LUDWICH

GRATO ANIMO

D. D.

AUCTOR.

Batrachomyomachiae editiones, quas in usum adhibui, hae sunt:

1) Dav. Ilgen: Hymni Homerici; Halae 1796.
2) Aug. Matthiae: Homeri Hymni et Batrachomyomachia; Lipsiae 1805.
3) Fr. Aug. Wolf: Homeri opera; Lipsiae 1807.
4) Franke: Homeri carmina; Lipsiae 1828.
5) Aug. Baumeister: Batrachomyomachia Homero vulgo attributa; Gottingae 1852.
6) Joh. Draheim: Homeri quae fertur Batrachomyomachia; Berolini 1874.
7) Alexis Pierron: l'Odyssée d'Homère; Paris 1875; vol. II.

Accedunt nonnullae dissertationes, quae ad genuinam formam huius carminis restituendam magni momenti sunt:

1) M. Haupt: litterar. Centralblatt 1852 No. 46, p. 745.
2) Althaus: de Batrachomyomachiae Homericae genuina forma (dissert. Gryphiswald). 1866.
3) C. Wachsmuth: Rhein. Mus. 1865, p. 176—185.
4) P. Weissenfels: de versibus paucis Batrachomyomachiae Graecae commentatio critica (Jahresber. des Königl. Pädagog. Zuellichau 1872).
5) A. Ludwich:
   a) Wissenschaftl. Monatsbl. 1875, p. 14; 1876, p. 164.
   b) Zeitschr. für österr. Gymn. 1881, p. 170.
6) van Herwerden: Mnemosyne N. S. X 1882, p. 163.

In critica Batrachomyomachiae pertractatione de poe a quoque instituere quaestionem mihi non necessarium videtur. Nam sive auctor est Pigres[1]), barbarus ille Caricus — quem auctorem fuisse plerique adhuc et iure quodam consentiunt — sive recta est opinio Herwerdenii[2]), qui l. l. affirmat, Batrachomyomachiam post Alexandrum Magnum scriptam esse, haud ita multo ante auctores illos Romanos, Martialem, Statium aliosque, a quibus prima fit nostri carminis mentio — utcumque haec res est, aspera atque inconcinna, quae praecipue in altera carminis parte inveniuntur, quoad fieri potest tollenda sunt, cum tot inter se repugnantia neque imprudenter neque consilio ac voluntate a poeta facta esse possint. Quod recte mea quidem sententia comprobat C. Wachsmuth l. l. „Wenn so fein gebildete Männer wie Statius und Martialis, wenn der durchaus auf alexandrinischer Gelehrsamkeit fussende Künstler der Apotheose des Homer dies Gedicht des Mäoniden nicht für unwert hielten, so kann eine solche miserable Stümperei, wie sie in der heutigen Gestalt des Gedichtes nicht selten sich zeigt, nimmermehr dem Dichter, sie muss lediglich der Ueberlieferung zur Last gelegt werden, und es bedarf an allen derartigen Stellen nicht der Nachsicht für einen unbedeutenden Versifex, sondern scharfer Kritik gegen spätere Eindringlinge jeder Art“ — Sed hoc quoque praemonendum mihi videtur: puto enim veram Batrachomyomachiae formam restituere conanti reiciendam esse Godofredi Hermanni sententiam, quae in epistula ad Ilgenium scripta (hymnorum editioni praefixa) haec est: „Eius carminis varias lectiones qui consideraverit, sponte intelleget, non versus quosdam tamquam spurios expelli debere, sed plures constituendas esse Batrachomyomachias, quarum multa communia, alia diversa sunt.“ Quae sententia si

[1]) De Pigrete auctore et carminis nostri aetate cf. Baumeisteri prolegg. §§ 7—8.

[2]) Quae sententia iam ob hanc causam non multum valere potest, quod van Herwerden editionem modo Draheimii ducem sequitur.

recta esset, nullo modo videlicet vera carminis forma restitui posset. Apparet autem, Hermannum ad hanc opinionem altera modo carminis parte, qua describitur pugna ranarum et murium, pervenisse, quae multa absurda atque inter se discrepantia continet. Prior quoque pars corrupta quidem est, sed multo minus quam illa. Nec vero mirandum est, hanc alteram partem vitiis quasi obsitam esse, quod multis nominibus, quae in ea leguntur, facile turbarum causa potuit dari. Accedit quod librarii praecipue pugnae narratione impelli potuerunt, verba omnibus nota Homerica inserere, quin etiam novos versus in margine formare. Etiam Baumeister in prolegomenis editioni suae additis p. 57 contra hanc Hermanni sententiam disputat: „Neque tamen ideo Hermanni complura carmina inter se diversa probo, in reliquis enim partibus ita nihil inest, quod in hanc opinionem possit adducere, ut omnia potius aptissime disposita, simpliciter narrata, ad Homeri denique exemplar tamquam e vivo expressa esse facile perspiciatur."

Quod ad rationem criticam in tractanda Batrachomyomachia attinet, optime de hac meritus est A. Ludwich. Locis enim supra dictis vir doctissimus ostendit, editores adhuc non rectam rationem iniisse, propterea quod in codicum aestimatione plane falsi sint. Quorum in numero habendi sunt editores quoque recentissimi: Baumeister, Draheim, Pierron. Ludwich enim tria librorum genera discernenda esse declarat; sed cum unum ex iis, quod Pierron secutus est, quodque complectitur hos duos quoque libros:

S = Riccardianus 3195 saec. XV,

m (qua littera apud Baumeisterum editio Florentina 1488 notatur),

nullo iam numero putetur, quia interpolationibus atque emendationibus id quasi scatere luce clarius sit, ita ut genuina carminis forma paene nusquam offeratur, inter duo alia genera alterum eligi, alterum repudiari necesse esse. Nam duo haec genera plurimum inter se differre multis

exemplis luculenter ostendit. Alterum genus secuti sunt Baumeister et Draheim, Ludwich alterum, quod constat ex duobus codicibus a Wachsmuthio l. l. publicatis:

L = cod. Laurentianus 32, 3 saec. XI (X),
J = cod. Ambrosianus J_4 super. saec. XIII, quem Ludwich quoque publicavit.[1])

Quibus addit Ludwich tres, quorum lectiones cum his raro discrepant:

F = Vaticanus 915 saec. XIV,
N = Laurentianus 31,20 saec. XV,
u = Parisinus 2707.

Hoc codicum genus iam eo crescit momento, quod L omnes ceteros vetustate longe superat; accedit quod pluribus locis Ludwich manifeste declarat, libros LJ solos veram traditionem servasse. Concedendum quidem est, non ubique ad lectiones restituendas hos sufficere, sed interdum Baumeisteri quoque codicum traditionem recipi debere. Qua de re infra accuratius disseram.

Quorum generum discrimen maximum est in pugnae narratione, corruptissima totius carminis parte, cuius criticam quaestionem mihi proposui. Sed priusquam ad singulos locos pertractandos aggrediar, aliquot exempla perlucida proferam, ex quibus elucere mihi videtur, codices, quos Baumeister et Draheim sequuntur, multis posterioris temporis additamentis aspersos esse, contra LJ eorumque similes integram traditionem praebere. Quorum in numero exemplorum referendi sunt nonnulli loci, qui in omnibus prope libris inveniuntur praeter LJ.

Versus ex editione Baumeisteri afferam.

a) v. 222.

κάππεσε δ' οὐδ' ἀνένευσεν· ἐβάπτετο δ'αἵματι λίμνη
πορφυρέῳ, αὐτὸς δὲ παρ' ἠϊόν' ἐξετανύσθη.
222 χορδῇσιν λιπαρῇσί τε πειρόμενος λαγόνεσσιν.

Pro coniectura Baumeisteri τε πειρόμενος codicum lectio

---

1) Wissenschaftl. Monatsbl. 1875, p. 14.

est τ' ἐπορνύμενος vel τε πορνύμενος, quarum haec Graecum vocabulum non praebet; sed illa quoque omni sensu caret, quare Draheim annotat: „Haec non ad antecedentem versum referri possunt, sed de aggrediente dicta sunt.“ Nihilominus veteres editores τ' ἐπορνύμενος in textum receperunt excepto Ilgenio, qui versum sic mutavit:

χορδῇσιν λιπαρῇσιν, ἐπορνυμέναις λαγόνεσφι,

interpretans: „ipse vero protensus iacuit, intestinis pinguibus ex ilibus prorumpentibus.“ Sed ut inusitatam constructionem omittam, vocabulum „χορδαί“ eandem vim quam „intestina“ apud alium scriptorem non habet; praeterea verbo ἐπόρνυσθαι sola impetus infesti significatio subiecta est. Ut sensum quendam efficiat, conicit Baumeister τε πειρόμενος: „iacebat perfossis hasta intestinis pinguique inguine“, quam coniecturam Weissenfels et Pierron probaverunt. Sed πειρόμενος cum dativo pro διά c. gen. coniungi non potest. — Cum hic versus in LJ desit, eum a librario fictum esse mihi quidem persuasum est.

b) vv. 253—259.

Πρασσαῖος δ' ὡς εἶδεν ἔθ' ἡμίπνουν προπεσόντα,
253 ἦλθε διὰ προμάχων καὶ ἀκόντισεν ὀξέϊ σχοίνῳ·
οὐδ' ἔρρηξε σάκος, σχέτο δ' αὐτοῦ δουρὸς ἀκωκή·
τοῦ δ' ἔβαλε τρυφάλειαν ἀμύμονα καὶ τετράχυτρον
δῖος Ὀριγανίων, μιμούμενος αὐτὸν Ἄρηα,
[ὃς μόνος ἐν βατράχοισιν ἀρίστευεν καθ' ὅμιλον·]
ὥρμησεν δ' ἄρ' ἐπ' αὐτὸν· ὃ δ' ὡς ἴδεν, οὐχ ὑπέμεινεν
ἥρωα κρατερόφρον', ἔδυ δ' ἐν βένθεσι λίμνης.

Haec fere est lectio codicum Baumeisteri, qui modo pro ultimo versu habent:

ἥρωας κρατεροὺς, ἀλλ' ἔδυνε βένθεσι λίμνης.

V. 255 adiectivum τετράχυτρος, quod alibi non invenitur, suspicionem excitat, quare Ilgen, quem Pierron secutus est, conicit τετραχαίτην, quo epitheto significetur „galea quatuor cristis et setis equinis instructa“, quam coniecturam van Herwerden l. l. iure reicit. Etiam minus digna, quam sequamur, emendatio est Draheimii:

τοῦ δ' ἔβαλεν τρυφάλειαν. ἀμύμονα καὶ Τετράχυτρον
δῖος Ὀριγανίων μιμούμενος αὐτὸν Ἄρηα.

Neque enim una cum Herwerdenio verisimile mihi videtur, muri nomen fuisse Τετράχυτρον, neque ex verbis τοῦ δ' ἔβαλεν τρυφάλειαν cognoscere possum, quis iaciens sit, quis percussus; sed propterea iam haec coniectura repudietur necesse est, quod verbum ἔβαλεν ex antecedentibus ad sequentia assumendum nequaquam ferri potest. — Herwerden commendat emendationem:

τοῦ δ' ἔβαλε τρυφάλειαν ἀμύμονα τετραφάληρον.

Totus autem locus ob alia quoque minus perspicua suspiciosus videtur; sed priusquam de iis sententiam meam profero, coniecturam Baumeisteri ultimo versu exhibitam: ἥρωα κρατερόφρον', . . .", cum traditioni vim afferat nimiam, reici necessarium puto. Veteres editores cum Pierronio in textum receperunt:

ἥρωας κρατεροὺς, κατέδυ δ' ὑπὸ βένθεσι λίμνης,

excepto Ilgenio, qui sic versum mutavit:

ἥρωος κρατεροῦ Μένος· ἀλλ' ἐν βένθεσι δῦνεν.

Sed omnibus aliis omissis hoc semper memoria retinendum est, optimos Baumeisteri codices, quorum solorum ratio nobis habenda est, hanc praebere lectionem: ἥρωας κρατεροὺς . . . —

Redeamus nunc ad obscura illa, quae supra commemoravi. Ac primum quidem elucet, Prassaei nomen corruptum esse, quod in iisdem Baumeisteri codicibus Prassaeus v. 235 interfectus est. Cum vero ad ranam modo Physignathum verba ἡμίπνουν προπεσόντα pertinere possint, recte videlicet conligit Weissenfels, pro nomine Prassaei muris nomen restituendum esse. Origanion deinde notat ranam; de quo dicit Weissenfels p. XI: „qui, cum ab herba qua potissimum vescitur nomen duxerit, inter ranas numerandus est." Quae cum ita sint, haec efficitur narratio: mus quidam X in Physignathum semianimem hastam iacit; rana Origanion, qui Physignatho auxilium fert, galeam muris X percutit in eumque impetum facit; X autem, ut „ἥρωας κρατεροὺς"

effugiat, in tutum pervenit eo, quod in paludem salit. Nec vero minus absurdum id est, quod Physignathus semianimis inter „ἥρωας κρατεροὺς" numeratur, quam quod mus in paludem aufugit. — Sed etiamsi Baumeisteri coniectura rectum sensum efficeret, nihilominus v. 255 τοῦ ac v. 258 ὥρμησεν . . . . et ὃ δ' ὡς ἴδεν tam obscura remanent, ut quo haec verba referantur vix intellegi possit. Quapropter Wolf ante versum τοῦ δ' ἔβαλε . . . lacunam statuit; Matthiae vv. 255—259 uncis includit; etiam Weissenfels, qui quantum fieri potest traditionem codicum Baumeisteri integram retinere studet, vv. 255—257 interpolatos segregat.

Denique pro vv. 253—259 LJ unum versum habent:

καί οἱ ἐπέδραμεν αὖθις ἀποκτάμεναι μενεαίνων.

Post hunc sententiae deest finis. Qua ex re non nimium audacter conligi posse puto, iam in archetypo hoc loco lacunam fuisse, quae in LJ mansit, contra in ceteris codicibus inepte expleta est.

c) vv. 262—268.

Ἦν δέ τις ἐν μυσὶν Μεριδάρπαξ, ἔξοχος ἄλλων,
Κρείωνος φίλος υἱός, ἀμύμονος Ἀρτεπιβούλου,
262 οἴκαδ' ἰὼν πολέμοιο μετασχεῖν παῖδ' ἐκέλευσεν
αὐτὸς δ' ἑστήκει γαυρούμενος ὡς κατὰ λίμνην —
οὗτος ἀναρπάξαι βατράχων γενεὴν ἐπαπείλει·
καὶ ῥήξας καρύου μέσσην ῥάχιν εἰς δύο μοίρας
φράγδην ἀμφοτέροισιν ἐν ὤμοις χεῖρας ἔθηκεν·
οἱ δὲ τάχος δείσαντες ἔβαν πάντες κατὰ λίμνην·
καί νύ κεν ἐξετέλεσσεν, ἐπεὶ μέγα οἱ σθένος ἦεν.

Primos duos versus nunc omittam, cum de iis infra mihi dicendum sit. — De vv. 261—263 accurate disserit Weissenfels p. XIII. eosque quoad licitum est defendere studet. Primum recte ex pronomine οὗτος v. 264 conligit, vv. 262—263 ad patrem Meridarpagis referendos esse. Quocum consentio etiam de v. 262; dicit enim: „Primum ipso initio offendimur, quod οἴκαδ' ἰὼν sqq. nullo pronominis aut demonstrativi aut relativi vinculo cum Artepibuli nomine cohaerent. Nec iis quae Baumeisterus coniecit apta

fit sententia. Nam alterum, ὃς τότ' ἰών, nimis languet, alterum vero ὃς κατιών falsam praepositionem continet, quoniam mus ex lacu rediens potius ἀνιέναι dicendus erat. Nec si per se probari possent, omnes his aliisque eius generis coniecturis removerentur difficultates. Quid enim? Qua de causa Artepibulum pugnantes deseruisse existimemus? An ignavia vel proelii fastidio ductum? . . . Desideratur igitur talis causa, qua pater proelium relinquere licet fortis coactus sit, filius autem item impediri potuerit, quominus virtutis exempla ederet.“ Si vero Weissenfels hanc causam fingit, Artepibulum antea vulneratum esse, ob eamque rem conicit, a librario unum vel plures versus ante v 262 omissos esse, hoc interpretationis genus altius repetitum latiusque vagari posse cogitationi permissum esse mihi videtur. De insequente v. 263, qui non minus ad Meridarpagis patrem pertinet, Weissenfels quoque fatetur, verba γαυρούμενος ὡς ad Artepibulum relata omni sensu carere. Qua re enim gloriatur? Weissenfels χρόα ῥυόμενον vel similia commendat, de qua coniectura potius tacebo. Multo etiam magis arcessita eius interpretatio est, cur Artepibulus apud lacum consistat: „Nam quod modo domum iisse Artepibulus dictus est, nemo certe ita pressit, ut eundem domum attigisse opinaretur; satis erat patrem in locum a proelio remotum se recepisse inde concludere; itaque non miramur quod nunc ad lacum stat.“ Ceterum mihi quidem locus ad paludem situs ad recreationem haud ita apte videtur delectus esse, cum hic pugna acerrime exarserit.

Quod ad vv. 265—266[1]) attinet, sensum eorum equidem cognoscere non possum. Quos ut restituat, Baumeister p. 39 lectionem codicis z commendat, qui pro ἀμφοτέροισιν ἐν ὤμοις habet ἀμφοτέροισι κενώμασι, qua de lectione dicit: „Ego adoptata emendatione cod. z cum Ilgenio ἀμφοτέροισι

[1]) Quibus versibus Stadtmueller (Festschrift zur 36. Versammlung deutscher Philologen, Carlsruhe 1882, p. 65) tam insolenter mederi studet, ut emendationem eius proferre operae non pretium sit.

κενώμασι locum sic accipio, ut Meridarpax iuglandis fractae cavis duabus testis (κενώμασι) manus suas inseruerit (φράγδην?) et sic quasi caestu armatus tamquam pugil ranas aggrediatur.“ Sed nescio, quod quidem etiam Baumeistero dubium videtur, quomodo verbis φράγδην χεῖρας ἔθηκεν idem notari possit quod Latine verbis „manus inserere.“ Accedit quod φράγδην apud nullum alium scriptorem, sed modo hoc Batrachomyomachiae loco invenitur. Non minorem dubitationem excitant κενώματα, quorum interpretationem Ilgen plane omittit; nec quidquam de mutatione vocabuli ῥάχιν in ῥάφιν annotat, quo manifeste idem declaratur quod nostro „Rübe“, pro ῥάπυν vel ῥάφυν; restitutum quidem est ῥάφιν Numen. Ath. IX 371 c, sed semper remanet nullo modo perspicuum, quae significatio verbis καρύοιο μέσην ῥάφιν subiecta sit. —

Sed utcumque haec res est, vv. 267—268 praeterea plane absurdi sunt. Nam cum v. 267 narretur, ranas in paludem se mersisse, nequaquam versu insequente poeta dicere potest:

καί νύ κεν ἐξετέλεσσεν . . .

Quo loco cum Althausio consentio, qui p. 21 censet: „v. 267 ineptus est. Si enim iam tunc omnes ranae in paludem fugissent, neque quidquam superesset quod Meridarpax perficere posset, neque Iovis misericordia opus fuisset, immo omnia quae sequuntur de carmine resecanda essent.“ Etiam Draheim ad v. 268 notat: „Hic versus intellegi nequit nisi omissis vv. 265—267, qui quid sibi velint nescio.“ — Lectionis veterum editorum et Pierronii ratio non habenda est, cum aliam traditionem sequantur. Ilgen, qui utramque traditionem permiscet, ad emendationem nihil probabile affert.

Omnes hi versus (262—268) desunt in L J excepto v. 263, de quo infra mihi dicendum erit. Itaque etiam hoc loco optimum mihi videtur, in archetypo post versum:

αὐτὸς δ' ἑστήκει γαυρούμενος . . .

statui lacunam, quae in altero codicum genere expleta est, in altero non.

Sed haec hactenus. Spero enim, iam ex iis locis, quos in medium protuli, id codicum genus, quod Baumeister sequitur, librariorum interpolationibus refertum esse, contra L J libros veram traditionem praebere facile cognosci posse. Nec vero ubique, ut iam supra dixi, L J formam carminis integram servaverunt; nam interdum et meliores aliorum codicum lectiones recipiantur necesse erit, et aliquot locis versus sine dubio interpolatos, quos alii libri omittunt, iisdem exhiberi cognoscemus, quorum numerus quidem cum versibus spuriis Baumeisteri codicibus oblatis nullo modo comparari potest. — Inter quos numerandus est v. 205:

κὰδ δ' ἔπεσεν πρηνής, ἁπαλὰς δ' ἐκόνισσεν ἐθείρας.
205 δούπησεν δὲ πεσών, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.

Quin is a librario quodam additus sit, cui notissimus hic versus Homericus in mentem venerit, nemo dubitabit, cum propter antecedentem versum nequaquam ferri possit; pluribus autem codicibus, inter quos F, omittitur. — Versus etiam, qui in L J ante v. 263 legitur:

ὃς μόνος ἐν μύεσσιν ἀρίστευεν καθ' ὅμιλον

hoc loco in plurimis libris deest, ex quibus nonnulli quidem v. 257 exhibent:

ὃς μόνος ἐν βατράχοισιν ἀρίστευεν καθ' ὅμιλον.

Optimi autem codices Baumeisteri eum non habent. Si iam propterea apparere videtur, hunc versum genuinum non esse, ac verisimile est, primo eundem in margine annotatum fuisse atque inde a librariis singulorum codicum diversis locis positum esse, crescit haec suspicio etiam eo, quod versus, quem L J offerunt, manifeste narrationis efficit languorem, cum iam plures versus antecedentes naturam ac vitam Meridarpagis, ad quem haec verba pertinent, describant. — De compluribus aliis, quae minoris momenti sunt, infra melius disseram.

Sed priusquam ad singulos versus aggredior, breviter primum res quaedam mihi ad criticam pugnae narrationis

quaestionem gravissima monstranda est. A. Ludwich enim advertit animum meum ad id, quod mihi ipsi nunc lectiones codicis L universas contemplato persuasum est, Batrachomyomachiae auctorem in pugnae descriptione legem quandam sequi, ex qua semper alternis vicibus singulae partes vincant, ut primum igitur rana murem occidat, deinde mus ranam, tum rursus rana murem. Quacum lege codicis L traditio duobus locis non consentit vel rectius uno loco, cuius discrepantiam infra me sublaturum esse spero. Nec vero haec lex mutata paulatim genuina carminis forma casu ita effecta esse potest, sed hanc ipsam manifestum verae traditionis testimonium esse non modo verisimile est, sed certum. Qua re quantopere libri L auctoritas crescat luce clarius est, cum praesertim ex ceteris codicibus haec lex nequaquam intellegi possit; nec minus elucet, eandem in ipso codice L ad veram traditionem restituendam summi esse momenti. Sed ne eadem postea repetam, quod legem illam ostendi hoc loco satis mihi est; in singulis narrationis partibus semper eam in memoriam revocabo.

Transeamus nunc ad singulos versus pertractandos.

Pugnae narratio apud Baumeisterum hoc capit initium;

Πρῶτος δ' Ὑψιβόας Λειχήνορα οὔτασε δουρὶ
ἑσταότ' ἐν προμάχοις κατὰ γαστέρα ἐς μέσον ἧπαρ·
κὰδ δ' ἔπεσεν πρηνὴς, ἁπαλὰς δ' ἐκόνισσεν ἐθείρας.
[δούπησεν δὲ πεσὼν, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.]

L J hoc loco cum ceteris libris fere consentiunt, excepto quod in codice J pro v. 203 legitur:

ἑσταότ' ἐν προμάχοισι· καθ' ἧπατος ἔγκατα χῦτ (ο).

Sed cum communis illa lectio vituperari non possit, haec reicienda est, cum praesertim plura in eadem vitia insint; nam primum χῦτο mutandum est in χύντο; deinde verba ἔγκατα χῦτο sine particula δὲ quasi pannus adiuncta sunt. — De v. 205 iam supra dixi.

Primum igitur rana occidit murem.

Narratio ita porro tractatur:

Τρωγλοδύτης δὲ μετ' αὐτὸν ἀκόντισε Πηλείωνα,
πῆξεν δ' ἐν στέρνῳ στιβαρὸν δόρυ· τὸν δὲ πεσόντα
εἷλε μέλας θάνατος, ψυχὴ στόματος δ' ἐξέπτη.

Hic quoque duo genera paulum inter se discrepant; in ultimo quidem versu L J F u exhibent:

. . . ψυχὴ δ' ἐκ (δὲ L) σώματος ἔπτη,

quod ob vetustiorem traditionem recipio.

Nunc interficit mus ranam.

Sequitur versus:

Σευτλαῖος δ' ἄρ' ἔπεφνε βαλὼν κέαρ Ἐμβασίχυτρον.

Hanc lectionem offerunt L J, quae Baumeistero quoque recta visa est, quamquam libri eius optimi habent Σευτλαῖον — Ἐμβασίχυτρος, quod ei persuasum erat, hanc lectionem factam esse, ne hic versus a v. 226 abhorreret. Ad quem versum annotat Matthiae: „Mihi altera (Σευτλαῖος — Ἐμβασίχυτρον) lectio praeferenda videbatur, quia alternis vicibus feriunt ranae et mures". Ex numero veterum editorum unus Ilgen alteram lectionem sequitur scribens:

Σευτλαῖον δ' αὖ πέφνε βαλὼν κέαρ Ἐμβασίχυτρος.

Equidem hoc loco versum nostris codicibus praebitum propterea iam genuinum existimo, quod illa eodem vicissitudo efficitur, cum rana nunc murem conficiat. Nihilominus Weissenfels lectionem illam a Baumeistero ipso repudiatam accipit, quia in Baumeisteri codicibus Embasichytrus v. 226 vivus dicitur, cuius versus de incorrupta integritate non dubitat.

210. Ἀρτοφάγος δὲ Πολύφωνον [1]) κατὰ γαστέρα τύψεν·
ἤριπε δὲ πρηνής, ψυχὴ δὲ μελέων ἐξέπτη.

In libris Baumeisteri hos praecedit versus:

Ὠκιμίδην δ' ἄχος εἷλε καὶ ἤλασεν ὀξέϊ σχοίνῳ,

---

[1]) De syllabae λυ productione cf. annotationem Baumeisteri p. 50 et Pierronii ad hunc versum. Quod ad defensionem attulit Baumeister, nullius momenti est; quamquam apud poetas Graecos non ita inaudita, semper tamen haec productio, quae arsi sola efficiatur, valde inusitata remanet. Sed in eo acquiescendum est, cum de incorrupta huius versus integritate nulla ratione dubitari possit. Ceterum ad firmandam productionem cf. M 208, O 123, Ξ 46, μ 423.

qui omni per se sensu caret, quare etiam Draheim iudicat: „Haec neque possunt hic intellegi neque omnino in uno eodemque versu a poeta dicta esse.“ Accedit quod verba ὀξέϊ σχοίνῳ metricas leges offendunt, quapropter Pierron coniecit ὀξεισχοίνῳ, pro quo melius quidem ὀξυσχοίνῳ, quod v. 250 legimus, scribere potuit. Cum praeterea hic versus aliis libris alio loco tradatur, ubi meliorem, ut infra ostendam, non reddit sententiam, mihi non dubium est, quin posterioris temporis hic additamentum sit, quare etiam omnes veteres praeter Ilgenium editores eum partim omittunt partim uncis includunt; ad lectionem Baumeisteri et Weissenfelsii postea revertar. — Eundem locum, quem nunc apud Baumeisterum, versus obtinent in L, atque ob eam rem mihi iam elucere videtur, eosdem v. 209 (Σευτλαῖος . . .) sine intervallo secutos esse, quod rursus nunc ex lege illa mus ranam interimit. —

Alter versus in J aliisque codicibus deest; vituperandus quidem est quod ad metricas attinet leges, qua de re Ludwich disserit in libro suo, qui inscriptus est „de hexametris poetarum Graecorum spondiacis“; sed hoc vitium facile tolli posse idem vir doctissimus p. 148 ostendit, particula δὲ vocabulo μελέων postposita:

ψυχὴ μελέων δ' ἐξέπτη.

Retinebo igitur hunc versum, cum praesertim in L quoque legatur.

Sic pergit Baumeister:

Λιμνόχαρις δ' ὡς εἶδεν ἀπολλύμενον Πολύφωνον,
Τρωγλοδύτην ἁπαλοῖο δι' αὐχένος . . .

. . . . .

Primus versus omnibus fere codicibus eodem modo traditur; pauci eum ommittunt, quorum non ratio habenda est. Unus Pierron ranae nomen mutat in Λιμνοχάρης, quod necessarium non puto. — Quod ad alterum versum attinet, libri Baumeisteri eum sic offerunt:

Τρωγλοδύτην ἁπαλοῖο δι' αὐχένος· εὐθὺς ἔτρωσεν (τρῶσεν εὐθὺς G), quae Draheim in textum hoc modo recepit:

Τρωγλοδύτην ἁπαλοῖο δι' αὐχένος εὐθὺς ἔτρωσεν.

Pro hoc versu LJu aliique duos exhibent versus:

Τρωγλοδύτην ἁπαλοῖο δι' αὐχένος τρῶσεν ἐπιφθὰς
πέτρῳ μυλοειδεῖ (μυλοειδέϊ L) τὸν δὲ (τόν δε J) σκότος ὄσσε
κάλυψε (ὄσσ' ἐκάλυψε JF).

Uterque versus leges metricas laedit; quare Chalcondylas, quem Lycius omnesque veteres cum Pierronio editores secuti sunt, lectionem codicis S recepit:

Τρωγλοδύτην πέτρῳ μυλοειδέϊ τρῶσεν ἐπιφθὰς
αὐχένα πὰρ μέσσον· τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψεν,

quae coniectura tam insolens est, ut diiudicare eam nullum operae sit pretium. — Rectum censeo, in primo versu post vocabulum αὐχένος statui lacunam; lectio enim codicum Baumeisteri, quamquam metro sufficit, librarii correctioni nimium similis est. — In altero versu pro μυλοειδεῖ aliud vocabulum substitui necesse est. Weissenfels χερμαδίῳ commendat annotans: „Quamquam confiteor hic ipsum me haerere, num rectum viderim. Nam in plures modos ea sententia verti poterat, ad quam circumscribendam μυλοειδεῖ vel πέτρῳ μυλοειδεῖ apta videntur, velut in hanc: πέτρον ἑλὼν στιβαρόν.“ Equidem optimum esse puto, loco adiectivi μυλοειδεῖ manere lacunam, cum certum remedium intellegere non possim; ac veram trium ultimorum versuum traditionem, quoad cognosci potest, hanc esse conicio:

Λιμνόχαρις δ' ὡς εἶδεν ἀπολλύμενον Πολύφωνον,
Τρωγλοδύτην ἁπαλοῖο δι' αὐχένος . . .
πέτρῳ . . . , τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψεν.

Rana igitur interficit murem.

Quos versus quomodo emendaverit Weissenfels, cum totum hunc locum gravissimis vitiis inquinatum usque ad v. 222 pertractavero, ostendam, quod prius necessarium non puto, quia observationes eius criticas de vv. 210—222 pronuntiatas plane falsas esse mihi persuasum est.

Sequuntur apud Baumeisterum versus:

Ὠκιμίδην δ' ἄχος εἷλε καὶ ἤλασεν ὀξέϊ σχοίνῳ
οὐδ' ἐξέσπασεν ἔγχος ἐναντίον· ἤριπε δ'εὐθύς.

De priore versu iam supra dixi; neque alterum cum illo cohaerere neque verba ἤριπε δ'εὐθὺς ad quemquam referri posse nemo non intelleget. Utrumque LJu omittunt, quare interpolatos eosdem censeo, cum praesertim aliis codicibus aliis locis eos exhiberi Baumeister p. 32 ostendat.

Λειχήνωρ δ' αὐτοῖο τιτύσκετο δουρὶ φαεινῷ
καὶ βάλεν, οὐδ' ἀφάμαρτε, καθ' ἥπατος· ὡς δ' ἐνόησε
Κοστοφάγον φεύγοντα, βαθείαις ἔμπεσεν ὄχθαις·
ἀλλ' οὐδ ὧς ἀπέληγε μάχης, ἀλλ' ἤλασεν αὐτόν.

Duo primi versus usque ad verba καθ' ἥπατος in Baumeisteri codicibus desunt. — Pro his versibus LF tradunt haec:

Λειχήνωρ δ' αὐτοῖο τιτύσκετο δουρὶ φαεινῷ
καὶ βάλεν, οὐδ' ἀφάμαρτε, καθ' ἧπαρ· ὡς δ'ἐνόησε
Κραμβοβάχος (Κραμβοφάγος F) φεύγων βαθείαις ἔμπεσεν ὄχθαις·
ἀλλ' οὐδ' ὧς ἀπέληγεν ἐν ὕδασιν· ἤλασε δ'αὐτόν.

In J tres versus sine ordine compositos invenimus:

Λειχήνωρ δ' αὖ τοῖο τιτύσκετο δουρὶ φαεινῷ,
Κραμβοφάγος δ'αὖ φεύγων ἔμπεσεν ὄχθαις λίμνης
τὸν βάλεν οὐδ' ἀφάμαρτεν ἰδὼν λίθῳ Λειχήνωρ.

In primo versu inest discrepantia cum iis, quae antea narrata sunt; nam initio pugnae Lichenor ab Hypsiboa interfectus est. Quapropter substituit Ilgen nomen Ληξήνωρ, „quod significat viros spoliantem“, quae compositio mea quidem sententia permitti non potest; Boissonade, quem sequitur Pierron, Δηξήνωρ. Hoc unum apparet, muris hic nomen scriptum fuisse, qui in ranam Limnocharin iacit hastam; nec vero corrupti nominis loco aliud substitui rectum iudico, cum certum quidquam nullo modo inveniri possit. Quamobrem pro nomine muris lacunam statui sufficiat. — In altero versu scilicet ἧπαρ mutandum est in ἥπατος. — Quod ad ultimos duos versus, quos L habet, attinet, primum quidem pro nomine Κραμβοβάχος recipi potest, cum haec compositio sensum non praebeat, sine vi Κραμβοφάγος, quod J aliisque traditur. Priorem versum veteres cum Pierronio editores Chalcondylam secuti sic formaverunt:

Κραμβοφάγος, ὄχθῃσι βαθείῃς ἔμπεσε φεύγων,

quae Ilgen metrum restituere conatus hac ratione mutavit:

Κραμβοφάγος, προχοῇσι βαθείῃσ' ἔμπεσε φεύγων.

Ut redeam ad versum codice L traditum, is ferri non potest, quod prima syllaba adiectivi βαθύς brevis est; versus autem, quem J habet, nullo numero est, quia sine dubio a librario sic formatus est. Cuius versus de emendatione iudicium aliquo modo certum fieri non potest, priusquam de insequente versu consilium ceperimus. Quem omnes excepto J habent libri; quapropter causam non intellego, cur eum repudiem, cum praesertim non facile omitti possit iam propter posterum versum:

κάππεσε δ', οὐκ ἀνένευσεν· ἐβάπτετο δ' αἵματι λίμνη,

quem omnes fere libri, inter quos LJ, hoc modo offerunt. Nam hic vix dici potuit, paludem sanguine inquinari, nisi antea vulneratio commemorata esset. Obtineo igitur hunc versum, quare una cum Baumeistero et Draheimio[1]) in praecedente versu accusativum restituere non dubito:

ὡς δ' ἐνόησε

Κραμβοφάγον φεύγοντα, βαθείαις ἔμπεσεν ὄχθαις.

Nam metrum sine magna vi eo resarcitur, neque sensus vituperari potest. Contra si nominativus ponitur, versum metro accommodare non possum; praeterea versus ἀλλ' οὐδ' ὣς . . . mihi quidem videtur sequi non posse. Haec enim efficitur sententia: quod cum Crambophagus animadvertisset (unum ex suis necatum esse), fugiens in „βαθείας ὄχθας“ praecipitavit. Postea narratio continuari non potest ita: sed ne tum quidem pugna ille destitit, cum omnino nondum a poeta dictum sit, impetum in Crambophagum factum esse; nam, ut supra dixi, mihi non dubium videtur, quin verba ὡς δ' ἐνόησε ad occisum quendam vel vulneratum Crambophagi commilitonem pertineant. — Certa scilicet sententia hoc loco dici non potest. Totus versus suspiciosus

---

[1]) Sequuntur cod. Marcian. 613, cuius lectiones Ludwich in progr. acad. Alb. Regim. 1871 III publicavit.

remanet maxime propter „βαθείας ὄχθας“, quas interpretari non possum; sed aliud remedium equidem non intellego.

Quod denique attinet ad versum ultimum, pro verbis, quae nonnullis codicibus offeruntur:

ἀλλ' οὐδ' ὧς ἀπέληγε μάχης· ἀλλ' ἤλασεν αὐτόν,

Lu aliique praebent haec:

ἀλλ' οὐδ' ὧς ἀπέληγεν ἐν ὕδασιν· ἤλασε δ' αὐτόν

quem versum libro quidem J omissum, cum nequaquam vituperari possit, ob vetustiorem traditionem retinebo, quamquam fortasse mirabile videri posse concedo, quod mus in aqua pugnat; sed hoc mea quidem sententia poetae ignosci potest licentiae. Ceterum illorum librorum lectio manifeste sumpta est ex H 263.[1])

Genuina igitur horum quatuor versuum forma, quatenus cognosci potest, haec videtur fuisse:

. . . δ' αὐτοῖο τιτύσκετο δουρὶ φαεινῷ
καὶ βάλεν, οὐδ' ἀφάμαρτε, καθ' ἥπατος· ὡς δ' ἐνόησε
Κραμβοφάγον φεύγοντα, βαθείαις ἔμπεσεν ὄχθαις·
ἀλλ' οὐδ' ὧς ἀπέληγεν ἐν ὕδασιν· ἤλασε δ' αὐτόν.

Quibus versibus lex illa vicissitudinis haud ita offenditur; mus enim, cuius loco lacunam statui, interficit ranam Limnocharin, qui antea Troglodyten murem occiderat; lectione quidem quam constitui hoc unum mutatur, quod nunc mus ille X duas ranas alteram post alteram interimit, Limnocharin et Crambophagum. Qua re nihilominus lectionem meam refutari non existimo; nam ut Limnochari a mure X interfecto rursus rana murem occideret, haec rana Crambophagus, mus ille littera X notatus esse deberet, quod duabus ex causis comprobari non potest; primum enim in ultimo versu (ἀλλ' οὐδ' ὧς . . .) nihil inest, quod ad caedem muris X referri potest, nam pronomen αὐτὸν, sive in antecedente versu nominativus ponitur sive accusativus, ad Crambophagum pertinere necesse est; deinde, etiamsi hoc admitti posset, nihil proficeremus, quoniam in insequente

---

[1]) ἀλλ' οὐδ' ὧς ἀπέληγε μάχης κορυθαίολος Ἕκτωρ.

pugnae parte (v. 223) ex nostrorum quidem codicum lectione rursus rana murem conficit. Quibus expositis hac duplici muris victoria lectionem meam non suspectam fieri demonstrasse mihi videor.

Sic pergit Baumeister:

κάππεσε δ', οὐδ' ἀνένευσεν· ἐβάπτετο δ'αἵματι λίμνη
πορφυρέῳ, αὐτὸς δὲ παρ' ἠιόν' ἐξετανύσθη
χορδῇσιν λιπαρῇσί τε πειρόμενος λαγόνεσσιν.

In primo versu LJF plurimique alii libri pro οὐδ' habent οὐκ, pro quo illam lectionem ab omnibus receptam retinebo, ne verborum continuatio nimis abrupta videatur. — Tertius versus in LJFu deest eumque ex causis, quas supra protuli, adulterinum omitto. — Ut ad versum primum revertar, Draheim pro ἀνένευσεν conicit ἀνέπνευσεν. Quam coniecturam recipiam, cum verbum ἀναπνεῖν idem declaret quod nostrum „wieder zu Athem kommen, sich erholen", verbo autem ἀνανεύειν apud bonos scriptores semper negandi significatio subiecta sit; scilicet a verbo ἀνανεῖν propter sequentem versum ἀνένευσεν flecti non potest.

Sed priusquam ad posteros versus transeo, quomodo totum hunc locum pertractaverit Weissenfels, accuratius mihi enarrandum est. Is enim p. VIII vv. 210—222 ita formavit:

Ἀρτοφάγος δὲ Πολύφωνον κατὰ γαστέρα τύψεν·
ἤριπε δὲ πρηνής, ψυχὴ δὲ μελέων ἐξέπτη.
Λιμνόχαριν δ', ὡς εἶδεν ἀπολλύμενον Πολύφωνον,
Τρωγλοδύτης ἁπαλοῖο δι' αὐχένος εὐθὺς ἔτρωσεν·
οὐδ' ἐξέσπασεν ἔγχος ἐναντίον· ὡς δ' ἐνόησε
Κοστοφάγον, ὄχθαισι βαθείαις ἔμπεσε φεύγων·
ἀλλ' οὐδ' ὣς ἀπέληγε μάχης, ἀλλ' ἤλασεν αὐτὸν
πέτρῳ χερμαδίῳ· τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψεν·
Ὠκιμίδην δ' ἄχος εἷλε καὶ ἤλασεν ὀξέϊ σχοίνῳ.
κάππεσε δ', οὐδ' ἀπέπνευσεν· ἐβάπτετο δ'αἵματι λίμνη
πορφυρέῳ, αὐτὸς δὲ παρ' ἠιόν' ἐξετανύσθη
χορδῇσιν λιπαρῇσί τε πειρόμενος λαγόνεσσιν.

Quod primum ad versuum contextum attinet, sic eum

interpretatur Weissenfels: „Artophagus Polyphonum necavit. Moribundi aspectus Troglodytae animum confirmavit; ipse quoque hastam hostibus immisit et Limnocharin peremit. Ut autem erat natura pavidior, phalangi hostium propinquare hastamque ex corpore Limnocharis extrahere veritus est. Inermem ranae Costophagi aspectus ita terret, ut se in tumulos ad lacum sitos recipiat. Cum in refugio animum recreasset, Costophagum lapide petivit; nam hasta in corpore Limnocharis relicta aliud missile non praesto erat; petitum interemit. Eius mortem dolens Ocimides rana Troglodyten aggreditur. Is quamquam iunco vulneratur, tamen animam non edit, sed ilibus ac visceribus percussis expassus ad ripam iacet."

Lectioni quidem quam constituit Weissenfels ad sensum explicandum tam longa interpretatio addatur necesse est; sed ex hac necessitudine criticas eius observationes, si quidem ab auctore Batrachomyomachiae, qui Homerum imitatus est, imprimis narrationis simplicitas ac perspicuitas postulatur, rectas esse non posse mihi iam elucere videtur. Accedit quod versus Ὠκιμίδην . . . posterusque κάππεσε . . . vix ad Troglodyten, cuius nomen ab his procul abest, referri possunt. Sed singulae quoque coniecturae eius falsae mihi videntur. Primum enim pro Λιμνόχαρις ac Τρωγλοδύτην scribit Λιμνόχαριν ac Τρωγλοδύτης, propterea quod Baumeisteri codicibus v. 247 Troglodytes vivus dicitur. Quae mutatio mea quidem sententia necessaria non est, cum v. 247 spurium, certe nomen eodem exhibitum corruptum esse infra ostenturus sim. — Deinde in versu Κοστοφάγον . . . metrum reprehendendum remanet. — Tum versum πέτρῳ . . . in textum recepit, quamquam in Baumeisteri codicibus, quos ipse quoque censet optimos, non legitur. — Praeterea versum Ὠκιμίδην . . . hoc loco, ubi nullo codice datur, ponit, ut cum posteris versibus contextus efficiatur. — Denique reliqua est emendatio aliqua, quae omnes alias perversitate longe superat: in versu enim Ὠκιμίδην . . . Troglodytes ab Ocimide percutitur; cum vero, ut iam supra

dixi, v. 247 Troglodytes[1]) vivus commemoretur, hoc loco eundem non mortem occumbere Weissenfels necessarium putat, quare in postero versu pro ἀνένευσεν conicit ἀπέπνευσεν. Troglodytes igitur ilibus ac visceribus percussis ad ripam vivus iacet atque inde spatio quodam temporis interiecto repente v. 248 abit claudicans. Sed hanc quoque claudicationem interpretatur Weissenfels: „Ac iure postea Troglodytes, cum in ilibus vulnus acceperit, claudicare dici potest.“ —

Eiusmodi criticam quaestionem diiudicare operae non pretium est, quae mihi quidem plane inepta ac propemodum dixerim videatur ridicula.

Iam sequitur versus:

Τυροφάγον δ' αὐτῇσιν ἐπ' ὄχθαις ἐξενάριξεν,

qui etiam a Wolfio et Pierronio ita receptus est; post hunc scilicet Baumeistero lacuna statuenda erat, quam Wolf iam aute versum coniecit; ex antecedentibus enim nomen ranae, quae murem Tyrophagum interficit, assumi non potest, quod ex Baumeisteri lectione proximus fuit victor mus Lichenor. Quare scribit Draheim:

Τυροφάγον . . . ἐπ' ὄχθαις ἐξενάριξεν.

LF pluresque alii, qui plerumque cum codice L non consentiunt, offerunt versum:

Τυρογλύφον (Τυροφάγον alii) δ' ἐπ' ὄχθαις Λιμνήσιος ἐξενάριξε,

quem Ilgen, Matthiae, Franke, quamquam leges metricas laedit, in textum receperunt. — Solus liber J praebet haec:

Τυρογλύφον δὲ ἰδὼν Λιμνήσιος ἐξενάριξε.

Verbis δὲ ἰδὼν in δ' ἐπιδὼν mutatis nemo dubitabit, quin versus initium fictum sit inepta librarii coniectura, quae cum posterus quoque versus incipiat:

Πτερνογλύφον δ' ἐπιδὼν . . .

reicienda erit. Verisimile est, etiam in eo libro, unde J effluxit, verba ἐπ' ὄχθαις scripta fuisse atque ob vitiosum metrum a librario correcta esse. Equidem verba ἐπ' ὄχθαις,

---

[1]) Aliis codicibus aliud nomen exhibetur.

quae omnibus fere codicibus[1]) offeruntur, genuinam ostendere traditionem iudico. Restat igitur ut corruptum versum codice L exhibitum:

Τυρογλύφον δ' ἐπ' ὄχθαις Λιμνήσιος ἐξενάριξεν

quatenus fieri potest emendare studeam. Ac mihi quidem maxime videtur verisimile, vitium in nomine Limnesii inesse. Pro corrupto autem nomine aliud substitui plerumque rectum non existimo, cum eo, ut iam supra affirmavi, nimium late vagari posse inventioni concedatur. Sed nihilominus falsum non puto, si hoc ipso loco a more meo discedo ac pro Λιμνήσιος commendo Λιμναῖος, cum adiectivum λιμναῖος (im Sumpfe lebend) valde usitatum sit, neque hac mutatione vis nimia traditioni afferatur. Quare ita versum formabo:

Τυρογλύφον Λιμναῖος ἐπ' ὄχθαις ἐξενάριξεν.

Recte igitur hoc loco, postquam antea mus Lichenor victoriam reportavit, rana Limnaeus superior discedit.

Πτερνογλύφον δ' ἐπιδὼν Καλαμίνθιος ἐς φόβον ἦλθεν,
225 ἥλατο δ' ἐς λίμνην φεύγων, τὴν ἀσπίδα ῥίψας.

Nostri codices hic cum ceteris haud ita discrepant, excepto quod LJF pro δ' ἐπιδὼν falso habent δὲ ἰδὼν, et quod in L pro Καλαμίνθιος legitur Καλαμίνθης; cum vero hoc nomen a vocabulo καλαμίνθη vel καλάμινθος, quo herba quaedam notatur, derivandum sit, vix putari potest, ex hoc ductum esse nomen Καλαμίνθης, sed lectio Καλαμίνθιος sine dubio praeferenda est.

Nunc rursus mus est victor, qui quamquam adversarium non caedit, tamen eum in fugam convertit.

226 Φιλτραῖον δ' ἄρ' ἔπεφνεν ἀμύμων Ἐμβασίχυτρος.

Hanc lectionem cum Baumeistero recepit Draheim; apud Baumeisterum discrepat versus cum v. 209, quapropter veteres editores, quos sequitur Pierron, pro Ἐμβασίχυτρος substituerunt Βορβοροκοίτης, quod nomen in codice z legitur. Quam mutationem probare non possum, quia mea quidem

[1]) Lectio libri m:

Λιμνήσιος δ' ὄχθῃσι Τυρόγλυφον ἐξενάριξεν,

quae vitiis quasi scatet, manifesta librarii correctione effecta est.

sententia nomine Philtraei rana modo significari potest; ita fit, ut rana ranam occidat. Ceterum Φιλτραῖον coniectura est Ilgenii, dum codices nomina exhibent, quibus nulla vis subiecta est, veluti Φιτραῖον, Φυτραῖον, Λιτραῖον, Φλιτραῖον, Λιστραῖον, Χυτραῖον; uno codice t ex librarii emendatione datur Λιμναῖον. — Accedit quod Baumeisteri codices hunc versum post v. 229 praebent. Cum idem in LJFu desit, posterioris temporis eum additamentum esse mihi persuasum est.

Iam versus sequuntur:

227 [Ὑδρόχαρις δέ τ' ἔπεφνεν Πτερνοφάγον βασιλῆα,]
χερμαδίῳ πλήξας κατὰ βρέγματος· ἐγκέφαλος δὲ
ἐκ ῥινῶν ἔσταξε, παλάσσετο δ' αἵματι γαῖα.

Primum versum optimi Baumeisteri codices omittunt; LJu aliique pro δέ τ' ἔπεφνε habent δ' ἔπεφνε, pro quo illa lectio ab omnibus editoribus ad metrum restituendum recepta est. Versus quidem nostram vicissitudinis legem non offendit; antea enim mus refert victoriam, nunc murem caedit rana: contra est ob vitiosam caesuram vituperandus. Neque tamen scio an vera traditio servata sit; mihi quidem versum omnino corruptum non esse magis videtur verisimile. Sed utcumque res est, certum videlicet iudicium fieri non potest, quamobrem versum sic integrum retinebo. — In ultimis duobus versibus codices inter se non dissentiunt, excepto quod LJF pro βρέγματος falso praebent βρέχματος, qui error videtur effectus esse ex vocabulo βρεχμός, cui eadem inest significatio quae vocabulo βρέγμα.

Baumeister pergit ita:

230 Λειχοπίνακα δ' ἔπεφνεν ἀμύμων Βορβοροκοίτης,
ἔγχει ἐπαΐξας· τὸν δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψεν.

Primus versus scilicet probari non potest, cum paenultima in Λειχοπίνακα brevis sit. Pro quo LJ aliique offerunt hunc:

Λειχοπίναξ δ' ἔκτειτεν ἀμύμονα Βορβοροκοίτην,

quem veteres cum Pierronio editores in textum receperunt. De quo non dubito, quin genuinus sit, cum praesertim

eluceat, illam lectionem modo correctam esse, ne repugnantia fieret cum posteris versibus, quod melius infra apparebit.

Ac recte ex nostra lectione mus interficit ranam.

232 Πρασσαῖος δ' ἐπιδὼν ποδὸς εἵλκυσε νεκρὸν ἐόντα,
ἐν λίμνῃ δ' ἀπέπνιξε κρατήσας χειρὶ τένοντα

LJF exhibent haec:

Πρασσοφάγος δ' ἐσιδὼν ποδὸς εἵλκυσε νεκρὸν ἐόντα,
ἐν λίμνῃ δ' ἀπέθηκε κρατήσας χειρὶ τένοντα.

Ac primum quidem facile cognoscemus, versus ita antecedentes sequi non posse. Nam praecedentibus versibus poeta narrat, murem Lichopinacem interimere ranam Borborocoeten; cum vero Prassophagi vel Prassaei nomine significetur rana, efficitur, ut rana ranam in aqua suffocet. Quod Baumeisteri codicum librarios non praeteriit, qui, ut iam supra explicavi, v. 230 sic mutaverunt, ut rana caedat murem (Λειχοπίνακα — Βορβοροκοίτης). — Deinde non minus absurdum est, quod mus cum iam mortuus dicatur a rana postea suffocatur. Offerunt quidem pro ἀπέπνιξε LJ ἀπέθηκε, sed cum Baumeistero non dubito, quin hoc verbum ἀπέθηκε librarii sit coniectura propter verba νεκρὸν ἐόντα facta, qui manifestam eo dissidentiam tolli putavit. Accedit quod nescio, quid sibi velit hoc ἀπέθηκε, et quod propter ipsa verba κρατήσας χειρὶ τένοντα verbum ἀποπνίγειν censeo aptissimum. Si vero Weissenfels p. IX nihilominus hanc suffocationem retentis νεκρὸν ἐόντα verbis defendere studet annotans: „nam quod Prassaeus interfecti muris corpus aqua suffocat, ego non miror. An aliter egit Achilles, qui Hectoris corpus religatum curru ad naves raptat?“ quomodo hac comparatione locus noster fulciatur equidem intellegere non possum; nam adversarii iam mortui nex iterata nequaquam eo sustinetur.

Quae cum ita sint, verba νεκρὸν ἐόντα corrupta esse mihi persuasum est. Quorum loco si muris nomen substituitur, omnia repugnantia repente sublata sunt: rana enim in praecedentibus a mure occisa nunc rana Prassophagus murem quendam in aqua suffocat. Quod recte animad-

verterant librorum hm lectores, qui pro verbis νεκρὸν ἐόντα scripserunt Κνισσοδιώκτην, quam emendationem veteres cum Pierronio editores in textum receperunt. Quae correctio cum traditioni vim afferat nimiam comprobari non potest, quapropter pro illis verbis lacunam, cuius loco scriptum primo fuit muris nomen, statui sufficiat.

Ψιχάρπαξ δ' ἤμυν' ἑτάρων περὶ τεθνειώτων
καὶ βάλε Πρασσαῖον μήπω γαίης ἐπιβάντα·
πῖπτε δέ οἱ πρόσθεν, ψυχὴ δ' Ἀιδόσδε βεβήκει.

Quibus in versibus Baumeistero codicum suorum lectio duobus locis corrigenda erat; qui primum ἤμυνεν ἑταίρων τεθνειώτων exhibent, falso, quia ubi de mortuis narratio fit verbum ἀμύνειν nusquam cum genitivo, sed cum praepositione περὶ coniungitur; deinde in ultimo versu dant προπάροιθε, ψυχὴ . . ., quibus leges metricae laeduntur. — Lectio, quam nunc apud Baumeisterum legimus, duplici modo vituperanda est:

a) Psicharpax, cuius mors causa fuit belli, vivus introducitur.

b) Verba μήπω γαίης ἐπιβάντα discrepant cum πῖπτε δέ οἱ πρόσθεν.

Pro his versibus in LJF invenimus haec:

Ψιχάρπαξ δ' ἤμυνεν ἑτάρων περιτεθνειώτων (περὶ τεθν. F)
καὶ βάλε Πηλούσιον κατὰ νηδύος ἐς (εἰς LF) μέσον ἧπαρ·
πῖπτε δέ οἱ πρόσθεν, ἦτορ (ἧπαρ JF) δ' ἔκτοσθε(ν)βεβήκει.

Exstat hic quoque nomen Psicharpagis corruptum, contra altera discrepantia verbis μήπω γαίης ἐπιβάντα effecta lectione κατὰ νηδύος ἐς μέσον ἧπαρ sublata est.

Quod ad cetera attinet vitia, in primo versu videlicet ἤμυν' ac περὶ τεθνειώτων legendum est; in altero Πηλούσιον metro accommodari non potest, quapropter a Barnesio Πρασσοφάγον correctum est, nomen ranae in antecedentibus victoriam reportantis, quod veteres cum Pierronio editores receperunt. Recta fortasse haec coniectura est, sed cum certum quidquam non iam cognosci possit, hoc quoque loco lacunam, cuius loco ranae nomen scriptum fuit, statui

optimum censeo. — In tertio versu verba πρόσθεν, ἦτορ laedunt metrum; pro ἦτορ autem vocabulo ψυχὴ substituto rectum me vidisse confido. — De nomine Psicharpagis cum Weissenfelsio consentio, qui p. IX dicit: „Psicharpagis vero nomen versui 234 mero errore inlatum ac simile muris nomen eius loco restituendum esse luce clarius est.“ Statuam igitur lacunam hoc quoque loco, ubi muris nomen positum fuerit necesse est.

Mus interficit ranam.

Sequuntur versus:

237 Κραμβοβάτης δ' ἐσιδὼν πηλοῦ δράκα ῥίψεν ἐπ' αὐτόν,
καὶ τὸ μέτωπον ἔχρισε καὶ ἐξετύφλου παρὰ μικρόν.

In priore versu et v. 241 pro κραμβοβάτης L J F u habent Πηλοβάτης, quod propter vetustiorem traditionem recipiam; in altero versu lectio ἐξετύφλωσε (ν), quam L J u praebent, mutanda est in ἐξετύφλου.

Rana igitur vulnerat murem X, qui antea victor discesserat.

Narratio ita continuatur:

ὠργίσθη δ' ἄρ' ἐκεῖνος, ἑλὼν δέ τε χειρὶ παχείῃ
240 κείμενον ἐν πεδίῳ λίθον ὄμβριμον, ἄχθος ἀρούρης,
τῷ βάλε κραμβοβάτην ὑπὸ γούνατα· πᾶσα δ' ἐκλάσθη
κνήμη δεξιτερή, πέσε δ' ὕπτιος ἐν κονίῃσιν.

V. 239 exhibent L J F pro ὠργίσθη verbum μουνώθη, codice L primam litteram omittente, u μονώθη. Quibus scilicet sensus non inest; mihi quidem apparere videtur, iam in archetypo hoc vocabulum manifeste cognosci non potuisse, atque hoc modo librarii errorem factum esse. Quaeritur quod vocabulum hic a poeta positum fuerit; certe non ὠργίσθη, quod nimia est litterarum diversitas. Cum vero irascendi verbum hoc loco substituatur necesse sit, maxime mihi videtur verisimile, librum, unde L J effluxerunt, ostendisse θυμώθη, quam lectionem aliquot quoqne codicibus oblatam cum veteribus editoribus et Pierronio accipio, praecipue quod vocabula μουνώθη ac θυμώθη simillima sunt. — In eodem versu L J u pro δ' ἄρ' ἐκεῖνος habent

δ' ἄρα κεῖνος, quae ob vetustiorem traditionem retinebo. Particula τέ in L J F deest, cuius loco omnes alii libri praeter unum, in quo τέ legitur, exhibent γέ. Sed consentio cum Baumeistero, qui p. 36 dicit: „v. 241 scriptum est in plurimis ἑλὼν δέ γε χειρὶ παχείῃ; sed cum hae particulae δέ γε coniunctae apud Homerum nullo quod sciam loco inveniantur, hic certe locus eum qui inesse deberet sensum non ferat, recte Wolfius ex a recipit δέ τε et Homero usitatum et huic loco accomodatum."

V. 240 L J F u pro ἐν πεδίῳ offerunt ἐν γαίῃ, quod in textum recipiam; ceterum haec verba sumpta sunt ex H 264—265[1]). Nostram lectionem rectam esse mihi persuasum est, nec dubito, quin librarius, cui versus ille Homericus in mentem venerat, prima eiusdem verba in margine notaverit vel potius in textum receperit. Nam si lectio ἐν πεδίῳ genuina esset, causam intellegere non possum, cur ex hac facta sit altera ἐν γαίῃ. — v. 241 praebent L J u ἐκλάσθη, contra libri Baumeisteri ἐάγη, quod Draheim obtinet; Baumeister autem recipit ἐκλάσθη.

In hac proelii parte pugnantes manent iidem, quorum in praecedente fit mentio, mus X et rana Pelobates, illo tantum discrimine interposito, quod rana nunc ab illo vulneratur.

Κραυγασίδης δ' ἤμυνε, καὶ αὖθις βαῖνεν ἐπ' αὐτόν,
τύψε δέ μιν μέσσην κατὰ γαστέρα· πᾶς δέ οἱ εἴσω
ὀξύσχοινος ἔδυνε, χαμαὶ δ' ἔκχυντο ἅπαντα
ἔγκατ' ἐφελκομένῳ ὑπὸ δούρατι χειρὶ παχείῃ.

v 244 omnes tradunt codices:

τύψε δέ οἱ μέσσην κατὰ γαστέρα . . .

praeter tres, ubi legitur:

τύψε μέσην δ' αὐτὸν κατὰ γαστέρα . . .,

quod Ilgen et Matthiae acceperunt. Qua in lectione dubitari non potest, quin accusativus αὐτὸν ex coniectura factus

---

1) ἀλλ' ἀναχασσάμενος λίθον εἵλετο χειρὶ παχείῃ
κείμενον ἐν πεδίῳ, μέλανα, τρηχύν τε μέγαν τε.

sit pro οἱ, aut quod librarius non ignoravit, Homerum talibus locis accusativo uti, aut quod duplex οἱ in eodem versu ei displicuit. Facilius Wolf pro οἱ coniecit μίν, quod cum ceteris editoribus accipio. Ab Homero autem accusativum adhiberi, ex multis locis intellegi potest, veluti ex Λ 252, P 312[1]).

V. 245 pro ἔδυνε retinebo δῦνε L J F codicibus exhibitum. In versu postero habet L pro ἐφελκομένῳ „ἐφειλκυσμένῳ“, quod videlicet metro accommodari non potest. — Pro χειρὶ παχείῃ exhibent L u χείρεσσι; in J lacuna, quam alio atramento explent verba χειρὶ παχείῃ. Qua ex re etiamsi conici potest, iam in archetypo hoc loco fuisse lacunam, tamen ex lectione χείρεσσιν conligendum esse arbitror, certe primas huius vocabuli litteras in archetypo apparuisse. Cum vero χείρεσσιν leges offendat metricas, neque sciam, quid lectioni correctae χείρεσιν addi possit, causam non intellego, cur hanc lectionem non recipiam, quamquam haec quidem verba iam v. 239 leguntur.

Pro ἔγκατ' ἐφελκομένῳ ὑπὸ δούρατι habet unus codex J ἔγκατα ῥηγνυμένου ὑπὸ δούρατος, quae lectio nullo momento est, cum rectum sensum non praebeat; praeterea verba χειρὶ παχείῃ tum metri causa sequi non possunt.

Hic igitur Craugasides, qui vulneratam ranam Pelobaten adiuvat, murem X transfigit.

Iam sequitur locus[2]) gravissimis vitiis inquinatus:

Τρωγλοδύτης δ' ὡς εἶδεν ἐπ' ὄχθησιν ποταμοῖο,
σκάζων ἐκ πολέμου ἀνεχάζετο, τείρετο δ' αἰνῶς·
ἥλατο δ' ἐς τάφρους, ὅππως φύγῃ αἰπὺν ὄλεθρον.
Τρωξάρτης δ' ἔβαλεν Φυσίγναθον ἐς πόδα ἄκρον.
ἔσχατα δ' ἐκ λίμνης ἀνεδύσατο, τείρετο δ' αἰνῶς.

---

1) Λ 252 νύξε δέ μιν κατὰ χεῖρα μέσην, ἀγκῶνος ἔνερθεν.
P 312—313 Αἴας δ' αὖ Φόρκυνα δαΐφρονα, Φαίνοπος υἱόν,
Ἱπποθόῳ περιβάντα, μέσην κατὰ γαστέρα τύψεν.

2) cf. quaestionem de hoc loco Stadtmuelleri (Festschrift zur 36. Versammlung deutscher Philologen, Carlsruhe 1882, p. 64), quae gravioris momenti nihil affert.

Quod ad primum versum attinet, absurda is multa continet. Imprimis illam vicissitudinis legem offendit: in proxima enim proelii parte rana Craugasides murem X occiderat, quare nunc murem discedere victorem necesse est. Quod non accidit, sed mus Troglodytes vel ut in L aliisque codicibus legitur mus Sitophagus effugit; lectionis autem Πρασσοφάγος uno libro J datae, ex qua rana fugit, ratio non habenda est, quod is nullam fugiendi causam habet, cum antea unus ex suis victoriam reportaverit, neque quisquam in se ipsum impetum faciat. — Sed etiamsi primo duo posteri versus, qui nunc illum sequuntur, sine intervallo non secuti essent — qua de re infra accuratius disseram — sed alii versus, ex quibus Troglodytes vel Sitophagus caedit adversarium, tum pars pugnae insequens, ubi rursus mus (Troxartes) victor narratur, sequi non potuisset.

Sed aliae quoque causae primum versum suspectum reddunt:

a) Troglodytes v. 213 interfectus est: lectio autem Σιτοφάγος L aliisque libris oblata librarii correctionem redolet.

b) Mirandum est, quod λίμνη subito ποταμὸς dicitur; concedo quidem, hanc appellationem illa non minus audaci πόντος v. 107 aliquantum fulciri.

c) Maxime autem omnium id remanet mirandum, cur Troglodytes σκάζων vocetur, cum vulnerationis eius nondum adhuc mentio sit facta.

Alter versus per se vituperari non potest, in tertio autem versu quid sibi velint τάφροι nescio. Quartus versus suspectus non videtur, qui duplici modo quid voluerit poeta ostendit; neque enim sine ulla causa Troxartes, Psicharpagis pater, Physignathum vulnerat, cum neglegentia eius mors filii effecta sit; deinde Physignathi vulneratio in memoriam revocat sortem Achillis, cuius calx Paridis sagitta contacta est: sunt autem et Achilles et Physignathus Pelei filii.

Quatuor hi versus prope eodem modo L J F libris traduntur:

Σιτοφάγος (Πρασσοφάγος J) δ' ὡς εἶδεν (ἴδεν F) ἐπ' ὄχθησιν
(εἶδε παρ' ὄχθησι J) ποταμοῖο,
σκάζων ἐκ πολέμου ἀνεχάζετο, τείρετο δ' αἰνῶς·
ἥλλατο ἐς τάφρον, ὅπως (ὅππως J) φύγῃ αἰπὺν ὄλεθρον.
Τρωξάρτης δ' ἔβαλεν Φυσίγναθον ἐς πόδα ἄκρον.

De diversis nominibus primo versu exhibitis iam supra dixi. — In tertio versu pro τάφρους offerunt L J F τάφρον, quod metrum offendit; nec vero dubito, quin illa lectio τάφρους ex hac ad metrum restituendum correcta sit. — De versuum horum emendatione mihi persuasum est, primum versum posterioris temporis additamentum esse, fictum fortasse ad lacunam in archetypo explendam; tum quartum versum illius loco scriptum fuisse conicio, qui postea ex causis, quae non iam cognosci possunt, locum suum mutaverit. Qua ex re duplex ad nos venit emolumentum:

a) nunc lex nostra vicissitudinis nullo modo laeditur; antea enim rana Craugasides victoriam rettulerat, nunc mus Troxartes ranam Physignathum vulnerat.
b) Epitheton σκάζων ad Physignathum in calce vulneratum aptissimum est.

Nunc quoque quomodo vitium, quod in vocabulo τάφρον (τάφρους) inest, effectum sit mea quidem sententia apparere videtur. Opinor enim, primo hic λίμνην scriptum fuisse; loco autem versus: Τρωξάρτης . . . mutato alioque, in quo de mure narratio fit, substituto scilicet vocabulum λίμνην corrigendum erat, quod murem in paludem confugere dici non potest. Sic lectio τάφρον facta est, ex qua pluralis τάφρους hoc loco absurdus metri causa mutatus est. Quapropter λίμνην in textum recipiam, cum melius quidquam non intellegam, quamquam haec mea opinio videlicet coniectura modo est valde debilis, quae nulla ratione confirmari potest.

Versum illum: Τρωξάρτης . . . apud Baumeisterum sequuntur:

ἔσχατα δ' ἐκ λίμνης ἀνεδύσατο, τείρετο δ' αἰνῶς·

. . . . .

Πρασσαῖος δ' ὡς εἶδεν ἔθ' ἡμίπνουν προπεσόντα.

Qui versus neque inter se cohaerent, neque cum v. 250 prior, de quo etiam Baumeister fatetur, eum interpolatum esse, ut cum posteris contextus efficeretur. Nec minorem excitant suspicionem iterata spatio tam parvo interiecto verba τείρετο δ' αἰνῶς; accedit quod altero versu Prassaeus vivus introducitur, qui ex lectione quidem codicum Baumeisteri v. 235 occisus est. Nihilominus Weissenfels p. X hos versus non modo retinere studet, sed etiam ut contextum restituat ei contingit. Quem quomodo perficiat vide! Vult enim verba ἔσχατα δ' ἐκ λίμνης ἀνεδύσατο parenthesi narrationis continuationi interponi sententiamque hoc modo declarat: „Troxartes, quem Psicharpagis patrem fuisse v. 28 ostendit, Physignatho, qui submergendo huic auctor mortis fuerat, pedis digitos transfixit. Quod quidem perbene poeta finxit, patrem perempti cum eo, qui mortem illi intulerat, ipsum manus conserere. Et ne miremur, quod nunc demum horum pugna fit, poeta causam affert, inter ultimos Physignathum, iam diu profecto a murium rege exspectatum, undis emersisse. Quae postquam parenthesi interseruit — ita enim constructionem verborum recte explicasse mihi videor — qui iactus eventus sit demonstrat, scilicet ut acri dolore Physignathus crucietur.“ Quibus dictis si verba adicit Weissenfels: „haec omnia optime inter se cohaerent“, potius iocari videtur quam serio loqui. In hanc cogitationem tam ineptam atque absurdam iam inciderat Ilgen, scribit enim:

Τρωξάρτης δ' ἔβαλε Φυσίγναθον ἐς ποδὸς ἄκρον,
ἔσχατ' ὃς ἐκ λίμνης ἀνεδύσατ'· ὀδύρετο δ' αἰνῶς. —

Aliis codicibus datur hic versus:

ὦκα δὲ τειρόμενος ἐς λίμνην ἥλατο φεύγων,

quem veteres editores et Pierron receperunt; plerique quidem uncis eum includunt. —

Liber J tradit versum:

ὦκα δὲ λίμνην ἥλλατο τειρόμενός περ δεινῶς,

ac post hunc cum pluribus aliis:

Τρωξάρτης δ' ὡς εἶδεν ἔνθ' (ceteri praeter J ἔθ') ἡμίπνουν προπεσόντα.

Duo hi versus, qui v. 250 sequuntur, codice L omittuntur, quare eosdem interpolatos esse pro certo habeo.

De vv. 253--259, qui nunc apud Baumeisterum sequuntur, contra non leguntur in LJ libris, iam supra dixi eosque ex causis, quas exposui, adulterinos esse censeo. Quorum loco LJu praebent hunc unum versum:

καί οἱ ἐπέδραμεν αὖθις, ἀποκτάμεναι μενεαίνων.

Hunc retineo, quo facto scilicet et ante eum et post eum lacuna statuenda est, quam in archetypo iam exstitisse atque a ceterorum codicum librariis expletam esse conicio.

Huc usque singulae partes pugnae pertinent. Si omnia perlustraverimus, codice L nostram illam vicissitudinis legem excepto uno verso 247, quem interpolatum esse demonstrasse mihi videor, nusquam laedi facile cognoscemus, quamquam ex mea quidem lectione v. 216 Lichenor duas ranas alteram post alteram interficit. Contra hanc legem ex Baumeisteri libris propter multa eorum additamenta nequaquam apparere videbimus.

Narratio ita continuatur:

Ἦν δέ τις ἐν μυσὶν Μεριδάρπαξ, ἔξοχος ἄλλων,
Κρείωνος φίλος υἱὸς, ἀμύμονος Ἀρτεπιβούλου,
οἴκαδ' ἰὼν πολέμοιο μετασχεῖν παῖδ' ἐκέλευσεν
αὐτὸς δ' ἑστήκει γαυρούμενος ὡς κατὰ λίμνην. —

In primo versu productio syllabae μυ in μυσὶν, quam Baumeister p. 50 inepte defendit, nullo modo ferri potest; nec minorem excitat suspicionem, quod in altero versu, postquam Meridarpax Criontis filius vocatus est, hic quoque filius Artepibuli dicitur, quo fit, ut alter genitivus cum altero coniungatur. Quod sensit etiam Weissenfels, quare p. XIII lectionem codicis z κρείοντος commendat, cum hanc manifestam emendationem rectam esse existimet. — De tertio versu, qui LJ libris omittitur neque cum ceteris ulla ratione cohaeret, iam supra sententiam meam protuli. — In quarto

versu Baumeister et Draheim de interpretatione particulae ὡς inter se non consentiunt; quam ille cum posteris coniungit annotans: „Verbis ὡς κατὰ λίμνην comparatio aliqua contineri videtur; facile ad litteras, sed fortasse subtilius quam pro hoc carmine suspiceris ὥς ποτ' Ἀχιλλεὺς (Λ 600) vel ὡς Ἀγαμέμνων." Equidem verba κατὰ λίμνην genuina puto, sententiam autem Baumeisteri omnino absurdam. Draheim particulam cum participio γαυρούμενος coniungit: γαυρούμενος ὣς „wie ein prahlender", sed hoc „wie" mihi quidem hic displicet.

Pro his versibus LJ exhibent:

Ἦν δέ τις ἐν μύεσσι νέος παῖς, ἔξοχος ἄλλων,
ἐγχέμαχος φίλος υἱὸς ἀμύμονος Ἀρτεπιβούλου
Μεριδάρπαξ ὄρχαμος (κύδιμος J) μιμούμενος αὐτὸν Ἄρηα,
ὃς μόνος ἐν μύεσσιν ἀρίστευε(ν) καθ' ὅμιλον
αὐτοῦ δ' ἔστηκε (ἔστηκεν J) γαυρούμενος (γαυριάων J) κατὰ λίμνην.

Haec traditio cum illa plane discrepat. — In primo versu pro ἐν coniecturam libro m oblatam εἰνὶ accipi necessarium est, quam veteres editores et Pierron receperunt, qui totum hunc locum non mutatum ex libro m[1]) sumpserunt praeter Ilgenium, qui hic quoque sine ulla lege singulas traditiones permiscet. — In altero versu pro ἐγχέμαχος, quod alibi non invenitur, rursus correctionem recipio libris mF praebitam, in quibus legitur ἀγχέμαχος. — Verba, quae LJ tertii loco versus habent, metro nequaquam accommodata sunt. Hic quoque m emendationem librarii manifestam ostendit:

ὄρχαμος, αὐτὸν Ἄρην φαίνων, κρατερὸς Μεριδάρπαξ,

cuius videlicet, cum traditioni vim afferat nimiam, ratio nullo modo habenda est; sed ne ex verbis quidem, quae LJ offerunt, versum sine magna vi formare qossum. Cum vero nulla ratione dubitari possit, quin genuinum sit nomen Meridarpagis, quod infra quoque hic mus ita nominatur, hoc unum mihi videtur verisimile, verba μιμούμενος αὐτὸν

---

1) cf. Baum. p. 76.

Ἄρηα interpolata esse, quae sententia confirmatur una certe causa: nam eadem verba in multis libris alio inveniuntur loco (v. 256), quare fortasse conici potest, haec iam in archetypo annotata fuisse in margine atque hoc modo ex librariorum errore in diversos locos pervenisse. Spuria igitur, quamquam ne hic quidem certum dici potest iudicium, haec verba exstinguam exceptis vocabulis Μεριδάρπαξ atque ὄρχαμος.

In quarto versu iterum ἐν mutandum est in εἰνί; sed totum mihi versum interpolatum videri iam supra exposui. — In ultimo versu ἕστηκε facile permutari potest in ἑστήκει. Lectio, quam in codice J legimus, γαυριάων metro accommodari non potest. — Post γαυρούμενος omittunt LJ ὡς, quod ceteri libri offerunt. Quae lacuna quomodo possit optime expleri quaeritur. Ac primum quidem in archetypo γαυρούμενος, cuius loco melius quidquam substituere non possum, scriptum fuisse pro certo habeo; lectio autem μεγαλοφρονέων, quae in x invenitur, aut ad metrum resarciendum ficta est, aut fortasse ex scholio superscripto in textum pervenit. Praeterea iam in archetypo post participium γαυρούμενος aliquid excidisse mihi videtur; quare ut expleretur lacuna in plerisque codicibus ὡς additum est. Cum vero haec comparatio hoc loco mihi non placeat, pro particula pronomen ὃς commendem, qua coniectura haec efficitur sententia: ibi stetit glorians, ipse qui ad lacum (ranas se exstincturum esse iactavit vel simile aliquid). Quae emendatio fortasse eo fulcitur, quod hic finis versus ὃς κατὰ λίμνην etiam aliis locis invenitur: v. 17, 105; v. 273 pronomen ὃς LJ quidem codicibus omittitur, quo loco idem a poeta positum fuisse me demonstraturum esse spero. Ceterum nostro loco ob hanc rem fortasse excidit pronomen ὅς, quod vocubuli γαυρούμενος finis —ος antecedit.

Libri m lectio rursus plane discrepat:

στῆ δὲ παρὰ λίμνην γαυρούμενος, οἷος ἀπ' ἄλλων. —

Vv. 264—268, qui hos apud Baumeisterum sequuntur, in LJ non legimus eosque ex causis, quas supra explicavi, deleo.

Antequam ad sequentes versus transeo, dicendum mihi est de sententia Draheimii, qui vv. 269—291 librarii notat

additamentum. Nec dubito, quin haec opinio ei exorta sit propter v. 270:

καὶ τότ' ἀπολλυμένους βατράχους ᾤκτειρε Κρονίων,

ac v. 292:

εἰ μὴ ἀπ' Οὐλύμπου βατράχους ᾤκτειρε Κρονίων.

Fortasse aucta est suspicio eo, quod versus interpositi quid re vera spectent cognosci non potest. Sed cum omnes libri hunc praebeant locum, retinendum eum esse iudico, cum praesertim plerique versus, quos haec pars continet Batrachomyomachiae, non minorem excitent suspicionem.

Sequuntur versus:

εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
καὶ τότ' ἀπολλυμένους βατράχους ᾤκτειρε Κρονίων.
κινήσας δὲ κάρη τοίην ἐφθέγξατο φωνήν·

LJu a ceteris codicibus non dissentiunt, excepto quod pro τοίην offerunt τοίην δ'. Cui lectioni utrum mendum inlatum sit eaque significetur idem quod pronomine τοιήνδ', an librarius particulam δὲ falso addiderit, dubium est. Sed utcumque res est, malim, cum iam semel in eodem versu legatur δὲ, pro τοιήνδ' scribere τοίην.

Jam sequitur Jovis oratio:

Ὢ πόποι, ἦ μέγα ἔργον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι·
οὔ μ' ὀλίγον πλήσσει Μεριδάρπαξ, ὃς κατὰ λίμνην
ἅρπαξ ἐν βατράχοισιν ἀμείβεται· ἀλλὰ τάχιστα
Παλλάδα πέμψωμεν πολεμόκλονον, ἢ καὶ Ἄρηα,
οἵ μιν ἐπισχήσουσι μάχης κρατερόν περ ἐόντα.

In primo versu LJu pro ἔργον ἐν exhibent θαῦμα τόδ', quae propter vetustiorem traditionem recipiam. In altero versu μ' ὀλίγον coniectura est Baumeisteri pro μικρόν με, quod omnibus fere libris oblatum leges metricas offendit; hmx quidem οὐ μικρόν μ' ἔπληξε habent, quae de lectione infra disseram. — Tertius versus sicut apud Baumeisterum legitur ferri non potest; vis enim verbo ἀμείβεσθαι hoc loco subiecta „aufräumen, wüten“ plane inusitata est. Hoc verbum propterea iam absurdum est, quod poetam ad lusum Meridarpagis nomine uti ex adiectivo ἅρπαξ conligi necesse est. Quare

Weissenfels p. XIV conicit ἅρπαξ ἐν βατράχοισι μερίζεται ac dicit: „Incidi in illud nisus lectione meliorum codicum, postquam ex ἅρπαξ conclusi Iovem Meridarpagis nominis etymo explicando iocari; atque hanc effecturus eram sententiam: nonnihil me terret Meridarpax, qui apud lacum rapax inter ranas portiones sibi sumat."

Age nunc quid pro ultimis duobus versibus offerant LJF codices videamus; haec sunt:

οὐ μικρόν με πλήσσει Μεριδάρπαξ κατὰ λίμνην
ἐναίρειν (κτείνει J αἴρειν F) βατράχους βλεμεαίνων (μενεαίνων F)·
ἀλλὰ τάχιστα.

Etiamsi haec lectio corrupta est, tamen hi libri hoc quoque loco veram traditionem ostendere videntur. Nam primum ex verbo ἐναίρειν, quod J habet, conligo, iam in archetypo verba βατράχους βλεμεαίνων scripta fuisse, loco autem primi vocabuli lacunam, vel potius fortasse vocabulum fuisse, cuius litterae non iam perspicuae erant. Cum vero necandi verbum substitueretur hoc loco necesse esset, librarius inseruit verbum ἐναίρειν, quod metro accommodari non potest. Hoc veteres editores et Pierron insolenter mutaverunt in ἐνναίρειν. Cum lectio codicis J κτείνει sine ullo momento sit, restat, ut vocabulum inveniamus, cuius litterae similes sunt verbi ἐναίρειν. Equidem commendo ἐξαιρεῖν, quamquam non ignoro, idem ab auctoribus plerumque usurpari ad caedem captarum urbium incolarum significandam. — Sed priusquam de hoc versu plura dicam, prioris versus lectio mihi corrigenda est. Necessarium enim puto, post Μεριδάρπαξ addi pronomen ὅς, quod ceteri codices offerunt, cum, quaecumque verba praecedunt, nullo modo hic versus finis ferri possit: Μεριδάρπαξ κατὰ λίμνην, quod syllaba ρι in Μεριδάρπαξ brevis est, quamquam veteres cum Pierronio editores (Ilgen: Μεριδάρπαξ, καταλίμνους) hanc lectionem in textum receperunt. Quapropter cum non intellegam, quo alio versus loco nomen Μεριδάρπαξ poni possit, lectio autem κατὰ λίμνην omnibus codicibus exhibeatur, pronomen ὅς in textum recipi optimum censeo, quod fortasse librarii errore

omissum esse infra ostendam. — Quo pronomine accepto nunc agitur, legamusne in postero versu:

ἐξαιρεῖ βατράχους βλεμεαίνων,

an:

ἐξαιρεῖν βατράχους βλεμεαίνει.

Profero hanc alteram lectionem, propter quod in lexico suo Pape s. v. βλεμεαίνειν huic eandem vim subicit, quae verbo inest μενεαίνειν „darnach trachten", et quod duo codices hanc lectionem videlicet correctam praebent. Praeterea veteres quoque editores in hoc verbo hanc significationem inesse putaverunt; scribunt enim: ἐνναίρειν (ἁρπάξαι Ilgen) βατράχους βλεμεαίνων. Num hoc verbo id declarari possit, valde mihi dubium videtur; invenitur enim participium paucis apud Homerum locis cum vocabulo σθένεϊ coniunctum, ubi his significatio subiecta est eadem quae nostris „auf seine Kraft trotzend." Nostro quidem loco participium solum βλεμεαίνων inusitate dictum esse concedo, sed quod haec lectio optimis libris confirmatur, nihilominus in textum recipere commendem: ἐξαιρεῖ βατράχους βλεμεαίνων, cum praesertim mea quidem sententia ex alia quoque causa vocabulum βλεμεαίνων in archetypo scriptum fuisse conligi possit: ex omisso pronomine ὅς. Conicio enim, hoc ipsum participium librario, qui verbo βλεμεαίνειν eandem vim quae verbo inest μενεαίνειν subiecerit, omittendi pronominis ὅς ac pro indicativo ponendi infinitivi ἐναίρειν causam dedisse.

Reliquum est, ut de v. 273 sententiam meam proferam. Omnes fere libri exhibent: οὐ μικρόν με πλήσσει, quod metro accommodari non potest, excepto uno m, ubi legitur: οὐ μικρόν μ' ἔπληξε, quae lectio rursus librarii emendatione facta est. Hanc recepit Ilgen; ceteri editores, qui πλήσσειν inusitate hic pro ἐκπλήσσειν positum esse senserunt, scripserunt μ' ἔκπληξε. Sed praeteritum ad nostrum locum minime aptum est; accedit quod ob hanc lectionem nullo alio modo versus finiri potest nisi ita: Μεριδάρπαξ, κατὰ λίμνην, de quo iam supra dixi.

Ac primum quidem huius loci sententiam exponi neces-

sarium puto. Ad Iovem, cui caede ranarum Meridarpax affert dolorem, haec verba referri omnes fere editores volunt. Unus Draheim, qui scribit:

οὐ μικρὸν πλήσσει Μεριδάρπαξ,

alio modo haec verba interpretari videtur: „nicht wenig schlägt (tödtet) Meridarpax.“ Cui haec opponenda sunt: primum πλήσσειν sine accusativo inusitatum est; deinde haec sententia, quam Draheim huic loco subicit, omnino inepta est, quod posteris verbis eadem efficitur. Quod sensit etiam C. F. Hermann, qui sic mutavit codicum lectionem: οὐ μικρόν μ' ἄγχει. Vim traditioni minorem adhibet Baumeister, hanc coniecturam praebens: οὔ μ' ὀλίγον πλήσσει, quam accipio, cum praesertim in margine fortasse μικρὸν annotatum fuerit ac postea in textum pervenerit. Lectio autem οὔ με μικρὸν πλήσσει probari non potest, quod prima adiectivi μικρὸς syllaba modo apud malos posterioris temporis poetas corripitur. —

Pro versu:

Παλλάδα πέμψωμεν πολεμόκλονον, ἢ καὶ Ἄρηα,

in J solo legitur:

Παλλάδ' ἀθηναίην πέμψωμεν (ἴδ' ἀρηάτε?)

qui videlicet nullius momenti est. — Pro ἢ καὶ Ἄρηα LFm habent ἠδὲ καὶ Ἄρην, t ἠὲ καὶ Ἄρην, quod veteres editores (Matthiae ἢ καὶ Ἄρηα) et Pierron acceperunt. De nostrorum codicum lectione affirmat p. 23 Baumeister, correctione eam factam esse, „quia sequente plurali οἵμιν — incommodam duxerunt particulam disiunctivam.“ Ipse autem hoc subtilius esse videtur sensisse, quare annotat: „sed hoc subtilius quam verius.“ — In ultimo versu LJ pro ἐπισχήσουσι habent ἀποσχήσουσι, quod veteres editores obtinuerunt praeter Ilgenium, qui lectionem librorum hmu ἀποσχήσωσι sequitur. Utrique verbo, ἐπέχειν et ἀπέχειν, significatio subiecta est „einen wovon zurückhalten“, huic quidem multo saepius quam illi. Opinionem autem Baumeisteri, qui p. 51 dicit, lectionem ἀποσχήσουσι in archetypo annotatam fuisse ad usum Homericum ostendendum, ridiculam

iudico, cum iis locis, quos ex Iliade affert, hic modo versus finis inveniatur: ἀπόσχωνται πολέμοιο, ad quem nostra verba nullo scilicet modo referri possunt.

Sequitur altera oratio:

Ὣς ἄρ' ἔφη Κρονίδης· Ἥρη δ' ἀπαμείβετο μῦθον·
οὔτ' ἄρ' Ἀθηναίης, Κρονίδη, σθένος, οὔτε Ἄρηος
ἰσχύσει βατράχοισιν ἀρηγέμεν αἰπὺν ὄλεθρον.
ἀλλ' ἄγε πάντες ἴωμεν ἀρηγόνες· ἢ τὸ σὸν ὅπλον
κινείσθω μέγα Τιτανοκτόνον ὀβριμοεργόν,
ᾧ ποτε καὶ Καπανῆα κατέκτανες ὄβριμον ἄνδρα
καὶ μέγαν Ἐγκέλαδον καὶ ἄγρια φῦλα Γιγάντων,
κινείσθω· οὕτω γὰρ ἁλώσεται, ὅστις ἄριστος.

In primo versu omnes habent codices pro Ἥρη, quod Baumeister concecit, Ἄρης. Equidem censeo hanc coniecturam recipiendam esse ob alterum versum (οὔτε Ἄρηος); „quis enim“, recte dicit p. 38 Baumeister, „hoc umquam exaudivit, deos Homericos tertia de se persona loqui?“ — In eodem versu L J u aliique pro μῦθον praebent μύθῳ, quod cum veteribus editoribus et Pierronio retineo; cum hic quoque Baumeister emendationem librarii, locorum quorundam Homericorum (veluti Γ 171; Ω 200)[1]) memoris, cognoscat, rursus id esse subtilius videtur. — In altero versu complures libri, in quibus L J, pro οὔτ' ἄρ' tradunt οὐ γάρ. Primum autem γὰρ orationis initio ineptum est, deinde videtur idem consilio ac voluntate correctum, quia librario displicuit, duos versus continuatos initium capere ab his verbis: ὣς ἄρ' et οὔτ' ἄρ'. Obtineo igitur una cum editoribus οὔτ' ἄρ'. — In eodem versu plerique libri habent οὔτε Ἄρηος (L J, οὔτ' J), contra optimi Baumeisteri codices οὔτε γ' Ἄρηος, quod Ilgen, Wolf, Pierron receperunt, manifestam librarii ad hiatum evitandum coniecturam. Sed particula γέ hoc loco mihi displicet; praeterea talis hiatus in Homeri carminibus non raro invenitur, veluti η 256;

---

[1]) Γ 171: τὸν δ' Ἑλένη μύθοισιν ἀμείβετο, δῖα γυναικῶν.
Ω 200: ὣς φάτο· κώκυσεν δὲ γυνή, καὶ ἀμείβετο μύθῳ.

μ 222, 258; ν 356; φ 211. Quapropter ipse Baumeister particulam codicibus suis traditam reicit.

Pro vv. 279—284 in L J F leguntur:

ἰσχύσει βατράχοισιν ἀρηγέμεν· ἢ τὸ σὸν ὅπλον
κινείσθω Τιτανοκτόνον ὀμβριμοεργόν (τε L) (quem versum omittit J),
ᾧ Τιτᾶνας (Τιτάνας L) πέφνες ἀρίστους ἔξοχα πάντων
καὶ Κελάδοντα πεδήσας (πέδησας L)· ἰδ' ἄγρια φῦλα Γιγάντων
(καὶ Κελάδοντ' ἀπέδησας ἠδ' ἄγρ. φ. Γ. F).

Qui codices hoc quoque loco veram mihi traditionem ostendere videntur. Primum quidem sententiam, quae verbis continetur: ἀλλ' ἄγε πάντες ἴωμεν ἀρηγόνες valde iudicio ineptam, nec dubito, quin haec verba a librario quodam ficta sint, ut transitus ad particulam ἢ efficeretur. — Versus deinde 281 ita, ut apud Baumeisterum legitur, solum u m aliisque paucis offertur, atque eodem prope modo codice L, excepto quod post vocabulum κινείσθω deest μέγα. Cuius loco alterum codicum genus habet:

κινείσθω· οὕτω γὰρ ἁλώσεται, ὅστις ἄριστος.

Scilicet hic versus hunc locum obtinuisse non potest, quod cum posteris nullo modo cohaeret. Quare Lycius eundem ex v. 281 posuit eo loco, quo nunc apud Baumeisterum invenitur (v. 284). Qua transmutatione cum verbum κινείσθω nimio interstitio a vocabulo ὅπλον dirimeretur, versum quoque nostris codicibus oblatum recipiendum et post v. 280 inserendum esse censuit Baumeister. Quo facto idem et inconstantem rursus se praestat et inficetum, quod nunc ultimus versus intolerabilis quasi pannus assuitur[1]). — Versum Baumeisteri codicibus exhibitum librarii additamentum esse mihi quidem persuasum est, quamquam eundem veteres praeter Ilgenium editores et Pierron retinuerunt; sed de versu quoque nostris libris oblato, num genuinus sit, vehementer dubito. In J fortasse librarii errore

---

[1]) cf. Haupt. l. l.

deest; sed caesura quoque vitiosa est, quare Matthiae eum exstinguit, Wolf et Pierron uncis includunt Bothe[1]) correctionem adhibet: „emendandum potius quam delendum puto hunc versiculum, scribamque sine offensione:

κινείσθω Τιτανοφόνον, μέγα, ὀβριμοεργόν.

Adscriptum in margine Τιτανοκτόνον genuinam vocem ἔμμετρον expulerit.“ Cum vero certum quidquam cognosci non possit, tamen illum obtinebo. — v. 282 utroque codicum genere alio modo traditur. Nequaquam id mirandum est, quod hoc ipso loco inserendarum rerum ad fabulas pertinentium occasio lectori offerri potuit. Versum L J u h m libris exhibitum retineo, cum nullo modo vituperari possit. v. 283:

καὶ Κελάδοντα πεδήσας· ἰδ' ἄγρια φῦλα Γιγάντων

L J corruptum quidem ostendunt, sed hic facile inveniri potest remedium, iam aliqua ex parte libris u m praebitum, ubi legitur:

Ἐγκελάδοντ' ἐπέδησας ἰδ' . . .,

quae lectio cum veteribus editoribus sic videlicet mutanda est:

Ἐγκέλαδόν τ' ἐπέδησας ἰδ' . . .

Ilgen quidem scribit:

Ἐγκέλαδόν τε μέγαν, ἠδ' . . .,

sine dubio quod ei πεδᾶν hoc loco non placuit, quae correctio nimis insolens est ac metricas leges offendit.

Narratio ite continuatur:

Ὣς ἄρ' ἔφη· Κρονίδης δ' ἔβαλε ψολόεντα κεραυνόν.
πρῶτα μὲν ἐβρόντησε, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον,
αὐτὰρ ἔπειτα κεραυνὸν, δειμαλέον Διὸς ὅπλον,
ἧκ' ἐπιδινήσας· ὃ δ' ἄρ' ἔπτατο χειρὸς ἄνακτος.
πάντας μέν ῥ' ἐφόβησε βαλὼν ἐπὶ τούσδε [κεραυνόν·]
ἀλλ' οὐδ' ὣς ἀπέληγε μυῶν στρατὸς, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον
ἔλπετο πορθήσειν βατράχων γένος αἰχμητάων,

[1]) cf. Pierron. v. 282.

εἰ μὴ ἀπ' Οὐλύμπου βατράχους ᾤκτειρε Κρονίων,
ὅς ῥα τότ' ἐν βατράχοισιν ἀρωγοὺς εὐθὺς ἔπεμψεν.

In primo versu offert J φολόεντι κεραυνῷ, cui lectioni nulla vis tribuenda est, quod ceteri codices φολόεντα κεραυνὸν tradunt, praeter unum Parisinum, a Baumeistero littera t notatum, qui cum codice J hoc loco consentit. Hic autem liber nimiam omnino librarii neglegentiam ostendit ac vitiis quasi obsitus est.[1]) — Alter versus eodem modo omnibus fere libris exhibetur; tertium autem omittunt L J t; locus enim libro t sic traditur:

ἧκ' ἐπιδινήσας, ἐβρόντησε μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον
ἧκ' ἐπιδινήσας· ὁ δ' ἄρ ἔπτατο χειρὸς ἄνακτος.

Qua ex re conligo una cum Althausio (p. 18), librarium, cum v. 286 scribere vellet, ad v. 288 aberrasse ac prima verba ἧκ' ἐπιδινήσας scripsisse; quo facto ad priorem redeuntem eum errore non cognito v. 286 finivisse posteaque v. 288 scripsisse. „Non hoc modo“, inquit Althaus, „locum turbare potuisset librarius, si in eo libro, quem exscripsit, inter v. 286 et v. 288 alius versus interfuisset. Lacuna igitur hoc loco iam in vetere illo libro fuit.“ Ac si v. 287 accuratius perlustraveris, ex pluribus causis eum vituperandum esse facile intelleges. Nonne miranda sunt verba poetae: Juppiter (Κρονίδης) iecit fulgur, terribile Iovis missile? Accedit quod versus metricas quoque leges offendit, qua de re dicit Althaus: „Vehementissime autem vituperandus est hic versus, quod caesura legitima caret, quod diaeresi tertia divellitur, denique quod diaeresin spondeus praecedit, quo fit, ut in fine versus iidem numeri repetantur.“ Exempla autem Homerica, quae ad defendendum versum affert Baumeister, apta non esse Althaus p. 19 demonstrat. — Haupt l. l.

[1]) Ut exempla quaedam proferam, unus ille Parisinus vv. 234—235 omittit, nec minus v. 259; quamquam enim hic versus cum compluribus antecedentibus etiam in L J deest, tamen in codice t, quo praecedentes traduntur, modo libraii errore omissus esse potest. — Ex vv. 292—293 t unum reddit. — De perturbatis vv. 286 sqq. infra dicam.

legere vult ὃ δειμαλέον, quod propter pronomen ὃ postero versu datum haud ita placet; Bothe[1]) commendat ἀδειμαλέος, cui eadem vis, quae illi δειμαλέος inest, subicienda est; sed hoc adiectivum apud auctores Graecos non invenitur. Quem versum cum L J non habeant, delendum eum esse censeo. — In postero versu codices inter se non discrepant.

Sed mihi quidem hos versus contemplanti persuasum est, neminem non animadversurum esse, quam inepti iidem, quin etiam absurdi sint. Nam primo versu Iovem fulmen iacere narrat poeta; tum subito sic pergit: primo tonuit Juppiter, quo facto iaculans fulgur emisit. Nam quaecumque verba in tertio versu LJ libris omisso scripta fuerunt, de fulmine aliquid, si quidem secundus et quartus versus genuini sunt, dictum esse necesse est, ut ex verbis ἧκ' ἐπιδινήσας satis luculenter apparet. Nec vero equidem dubito, quin ceteri versus excepto primo interpolati sint, quibus exstinctis contextus nullo modo interrumpitur. — V. 289 LJF pro κεραυνὸν habent τε μῦας (μύας F). Quod vocabulum μύας plerique exhibent codices, nec vero ullus κεραυνόν; in uno A legitur κεραυνός. Si versum LJ libris oblatum contemplatus eris totum:

πάντας μέν ῥ' ἐφόβησε βαλὼν ἐπὶ τούσδέ τε μῦας,

emendationem hmx datam atque a veteribus editoribus et Pierronio acceptam neque ineptam esse neque traditioni vim affere nimiam cognosces; haec enim est:

πάντας μέν ῥ' ἐφόβησε βαλὼν βατράχους τε μύας τε,

quam in textum recipiam, cum praesertim ex postero versu:

ἀλλ' οὐδ' ὣς ἀπέληγε μυῶν στρατὸς . . .,

si quidem vocabulum μύας antecedente versu exhibitum integrum retinemus, fortasse conligi possit, priore versu non modo murium, sed etiam ranarum mentionem factam esse. — V. 290 omnibus libris eodem modo traditur; pro versu autem insequente LJFu hanc praebent lectionem:

ἵετο πορθήσειν γένος βατράχων ἀγερώχων.

---

[1]) cf. Pierron. v. 289.

Quod primum ad vocabulum ἵετο attinet, hunc locum idem magis decet quam ἔλπετο, quod verbum capiendi, non sperandi hic exspectatur. Sic quidem versus ferri non potest, cum leges metricas offendat; una enim syllaba ante vocabulum γένος desideratur. Codex quidam, a Baumeistero littera c notatus, eundem versum praebet, quem Baumeister, syllaba ῥα post vocabulum βατράχων interposita. Sed etiamsi hanc particulam nostro versui insererem, hoc loco eadem minime apta esset; cum vero aliud remedium intellegere non possim, hic libris Baumeisteri rectam traditionem servatam esse conicio. — V. 292 L J F pro ᾤκτειρε praebent ἐλέησε, quam lectionem obtinere non dubito, cum illam ex v. 270 sumptam esse eluceat. — Ultimo versu manifeste rursus declaratur, codices L Ju veram traditionem praebere. Versus enim, quem apud Baumeisterum et Draheimium invenimus:

ὅς ῥα τότ' ἐν βατράχοισιν ἀρωγοὺς εὐθὺς ἔπεμψεν,

plura vitia continet: nam primum lectio ἐν βατράχοισιν leges grammaticas laedit. Recta mihi videtur sententia esse Althausii (p. 16), qui a grammatico quodam metri causa correctum esse τότε[1]) in τότ' ἐν putat. Accedit quod ranarum mentio in tribus ultimis versibus ter facta minime placet. Contra versus, quem L J F u offerunt, nullo modo vituperari potest:

ὅστις φθειρομένοισιν ἀρωγοὺς αὐτὸς ἔπεμψεν.

Nunc ad extremam carminis partem transeamus:

Ἦλθον δ' ἐξαίφνης νωτάκμονες, ἀγκυλοχῆλαι,
λοξοβάται, στρεβλοὶ, ψαλιδόστομοι, ὀστρακόδερμοι,
ὀστοφυεῖς, πλατύνωτοι, ἀποστίλβοντες ἐν ὤμοις,
βλαισοὶ, χειροτένοντες, ἀπὸ στέρνων ἐσορῶντες,
ὀκτάποδες, δικέραιοι, ἀχείρεες, οἱ δὲ καλεῦνται
καρκίνοι, οἵ ῥα μυῶν οὐρὰς στομάτεσσιν ἔκοπτον
ἠδὲ πόδας καὶ χεῖρας· ἀνεγνάμπτοντο δὲ λόγχαι.
τοὺς καὶ ὑπέδδεισαν πάντες μύες, οὐδ' ἔτ' ἔμειναν,

---

1) Complures enim libri dant ὅς ῥα τότε βατράχοισιν . . ., quam lectionem veteres editores et Pierron in textum receperunt.

ἐς δὲ φυγὴν ἐτράποντο· ἐδύσετο δ' ἥλιος ἤδη,
καὶ πολέμου τελετὴ μονοήμερος ἐξετελέσθη.

Priusquam ad singulorum versuum quaestionem aggredior, Althausii sententiam reici necesse est, qui totum hunc carminis exitum delendum esse opinatur, quod is propter discrepantias quasdam non ab eodem poeta, cui cetera ascribantur, factus esse possit. Quae opinio duabus ex causis mihi refutanda est: altera est, quod inepta atque inconcinna in hac parte non maiora sunt quam alibi, altera, quod, cum talem Batrachomyomachiae tractationem incohaveris, aut maxima eius pars exstinguenda aut Hermanni, de qua iam supra dixi, sententia, Batrachomyomachiam ex pluribus atque inter se diversis carminibus compositam esse, accipienda erit. Cum versus omnibus ad unum codicibus tradantur, neque ullo modo contextum interrumpant, causam, cur eos interpolatos existimem, cognoscere non possum, cum praesertim conclusio semper desideretur.

In primo versu LJu pro ἀγκυλοχῆλαι offerunt ἀγκυλοχεῖλαι (ἀγκυλόχειλοι J), quod videlicet de cancris dici non potest. Ceterum η et ει in plerisque codicibus saepe inter se commutantur. — V. 295 omnibus libris eodem modo datur. Insequentem versum LJ omittunt; utrum ille, quem ceteri codices praebent, genuinus sit necne, incertum est; conicio autem eum interpolatum esse, primum quod hic locus, ubi tot cancris epitheta attribuuntur, etiam aliorum occasionem fingendorum lectori dare potuit, deinde quod adiectivo ὀστοφυεῖς idem significatur quod epitheto priore versu exhibito ὀστρακόδερνοι. Certe nihil omisso hoc versu desideratur. — V. 297 plerique codices habent χειροτένοντες, quod epitheton aptum quoque sensum pulcramque imaginem praebet; discrepat autem cum adiectivo postero versu dato ἀχείρεες, pro quo aliud quidem substituere non possum, quamquam hoc multo minus mihi placet quam illud. Fortasse tamen utrumque scriptum fuit, fortasse etiam v. 297 interpolatus est, cum praesertim finem eius non intellegam. Certum iudicium nullo modo dici potest; ego pro χειροτέ-

νοντες lectionem χηλοτένοντες commendem, quamquam haec coniectura valde dubia mihi ipsi videtur; sed vim traditioni paene nullam affert, ac praeterea in LJu legitur χειλοτένοντες, quae lectio quidem librarii neglegentia non minus ex χειροτένοντες quam ex χηλοτένοντες orta esse potest. — V. 297 finem invenimus in LJ hunc: ἀπὸ στερνῶνος ὁρῶντες, quo sine dubio idem declaratur quod verbis ἀπὸ στέρνων ἐσορῶντες. Quae lectio quid sibi velit nescio; hoc unum mihi persuasum est, haec verba corrupta esse, sed remedium probabile invenire non possum. — In postero versu omnes codices habent δικάρηνοι, a Clarkio mutatum in δικέραιοι, quem Baumeister, Draheim, Pierron secuti sunt. Qua de coniectura Baumeister p. 38 dicit: „Non multo post poeta cancros describit αἰνιγματικῶς quindecim epithetis ex eorum natura petitis; in quibus cum nihil ad veritatem non sit exactum, mireris v. 299 δικαρήνους vocari. Et Maittairius, quem ea de re consului, paulum a vero abfuit, cum scriberet: „Bicipites forte hic dicuntur cancri a duobus cornibus, quae ante oculos gerunt. Arist. H. A. IV, 2 [ἔχουσι κεραίας δύο πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν μεγάλας καὶ τραχείας]'. Hinc ego statim conieci δικέραιοι." Neque tamen hanc coniecturam recipiam, primum quod omnes ad unum libri δικάρηνοι praebent, deinde quod non incredibile censeo, poetam propter haec ipsa cornua cancros dixisse bicipites. Concedo quidem, ceteris epithetis veram cancrorum naturam sine translatione ostendi; sed quot ipsi poetae ascribenda sint quis scire potest? — V. 299 pro στομάτεσσιν ἔκοπτον J offert στομάτευον, quae lectio scilicet librarii modo neglegentiae tribuenda est. — Insequens versus omnibus libris eadem ratione traditur; v. 301 dant LJu:

οὓς καὶ ὑπέδδεισαν δειλοὶ μύες, οὐδ' ὑπέμειναν.

Pro οὓς ceterorum codicum lectionem τοὺς accipio; contra retineo δειλοὶ pro πάντες et ὑπέμειναν pro ἔτ' ἔμειναν. — V. 302 in J pro ἐς legitur οἱ, quae lectio repudianda est, quod οἱ sensum hoc loco non praebet; praeterea verbis φυγὴν τραπέσθαι numquam idem significatur quod nostris

„sich zur Flucht wenden“, sed modo his: ἐς φυγὴν (φυγῇ, φύγαδε) τραπέσθαι. — In eodem versu LJ pro ἐδύσετο praebent ἐδύετο; sed id quoque reiciendum est, quod υ in verbo δύεσθαι apud epicos posterioris modo temporis ante vocalem producitur. — In ultimo versu μονοήμερος permutat Ilgen in μονοημέρου; quae coniectura nequaquam necessaria est, cum talis epitheti traiectio saepe apud auctores Graecos inveniatur.

Si omnia, quae de tota hac Batrachomyomachiae parte protuli, perlustraverimus, Ludwichii de codicum aestimatione sententiam in universum comprobatam facile intellegemus. Libri Baumeisteri non modo plurium saepe versuum additamentis ornati, sed etiam lectorum emendationibus quasi obsiti sunt. Compluribus quidem locis in nostris quoque codicibus versus delendi erant, nec raro librariorum errores inventi sunt, sed nihilominus hos plerumque veram ac genuinam traditionem praebere me ostendisse spero. Contra quidem ex numero nostrorum codicum L omnes ceteros longe superare non minus apparet.

Ut sub uno aspectu omnia ponantur, totam pugnae narrationem, ut supra eam constitui, hic complectar:

202 Πρῶτος δ' Ὑψιβόας Λειχήνορα οὔτασε δουρὶ
ἑσταότ' ἐν προμάχοις κατὰ γαστέρα ἐς μέσον ἧπαρ·
κὰδ δ' ἔπεσεν πρηνής, ἁπαλὰς δ' ἐκόνισσεν ἐθείρας.
205 [δούπησεν δὲ πεσών, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ].
Τρωγλοδύτης δὲ μετ' αὐτὸν ἀκόντισε Πηλείωνα,
πῆξεν δ' ἐν στέρνῳ στιβαρὸν δόρυ· τὸν δὲ πεσόντα

Varietas lectionis
in libris L J F a Ludwichio descripta.

203 προμάχοισι κατὰ γαστέρα εἰς (hoc. om. F.) μέσον ἧπαρ L F, προμάχοισι· καθ' ἥπατος ἔγκατα χῦτ(ο) J.

204 καδδ' ἔπεσε L J F. ἁπαλὰς δ' ἐκόνισεν (ἐκόνισσεν L eadem manu) L J F.

205 δούπησε F.

206 πηλείωνος L.

207 πῆξε L F. τόνδε J, τονδὲ L.

εἷλε μέλας θάνατος, ψυχὴ δ' ἐκ σώματος ἔπτη.
Σευτλαῖος δ' ἄρ' ἔπεφνε βαλὼν κέαρ Ἐμβασίχυτρον.
210 Ἀρτοφάγος δὲ Πολύφωνον κατὰ γαστέρα τύψεν·
ἤριπε δὲ πρηνής, ψυχὴ μελέων δ' ἐξέπτη.
Λιμνόχαρις δ' ὡς εἶδεν ἀπολλύμενον Πολύφωνον,
Τρωγλοδύτην ἁπαλοῖο δι' αὐχένος . . .
213a πέτρῳ . . ., τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε.
216 . . . δ' αὐτοῖο τιτύσκετο δουρὶ φαεινῷ
καὶ βάλεν, οὐδ' ἀφάμαρτε, καθ' ἧπατος· ὡς δ' ἐνόησε
Κραμβοφάγον φεύγοντα, βαθείαις ἔμπεσεν ὄχθαις·
ἀλλ' οὐδ' ὣς ἀπέληγεν ἐν ὕδασιν· ἤλασε δ' αὐτόν.
220 κάππεσε δ' οὐδ' ἀνέπνευσεν· ἐβάπτετο δ' αἵματι λίμνη
πορφυρέῳ, αὐτὸς δὲ παρ' ἠιόν' εξετανύσθη.
223 Τυρογλύφον Λιμναῖος ἐπ' ὄχθαις ἐξενάριξε.

---

208 ψυχή J, ψυχὴ δὲ L, ψυχή δε F,
209 ἆρ L J F.
210 τύψε J.
211 om. J. ψυχὴ δὲ (ψυχή δε L) μελέων ἐξέπτη (ἔπτη F) L F.
213 δι' αὐχένος τρῶσεν ἐπιφθὰς L J F.
213a πέτρω μυλοειδεῖ (μυλοειδέϊ L, μηλοειδέϊ F) L J F τὸν δὲ F, τονδὲ L, τόνδε J. ὄσσ' ἐκάλυψε J F. — Post hunc versum additur in F: ὠκυμίδην δ' ἄχος εἷλε καὶ ἤλασεν ὀξέι σχοίνῳ.
216 λειχήνωρ δ' αὐτοῖο (αὖ τοῖο J) L J F.
217 ἧπαρ L F; pro hoc versu J post v. 218 habet: τὸν βάλεν οὐδ' ἀφάμαρτεν ἰδὼν λίθω λειχήνωρ.
218 κραμβοβάχος L, κραμβοφάγος F. φεύγων L F. pro hoc versu J: κραμβοφάγος δ' αὖ φεύγων ἔμπεσεν ὄχθαις λίμνης,
219 om. J.
220 κάππεσεν οὐκ J. οὐκ pro οὐδ' etiam L F. ἀνένευσεν L J, ἀνένευσε F (ἀν e corr. m. 2). βάπτετο F.
221 αὐτός δε J. ἠϊόνα J.
223 τυρογλύφον (τυρίγλυφον m. 1, τυρογλύφον corr. m. 2 F) δ' ἐπ' ὄχθαις (δὲ ἰδὼν J) λιμνήσιος ἐξενάριξε L J F.

Πτερνογλύφον δ' ἐπιδὼν Καλαμίνθιος ἐς φόβον ἦλθεν,
ἥλατο δ' ἐς λίμνην φεύγων, τὴν ἀσπίδα ῥίψας·
Ὑδρόχαρις δέ τ' ἔπεφνεν Πτερνοφάγον βασιλῆα,
χερμαδίῳ πλήξας κατὰ βρέγματος· ἐγκέφαλος δὲ
ἐκ ῥινῶν ἔσταξε, παλάσσετο δ' αἵματι γαῖα
Λειχοπίναξ δ' ἔκτεινεν ἀμύμονα Βορβοροκοίτην,
ἔγχει ἐπαΐξας· τὸν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε.
Πρασσοφάγος δ' ἐσιδὼν ποδὸς εἵλκυσε . . .,
ἐνλίμνῃ δ' ἀπέπνιξε κρατήσας χειρὶ τένοντα.
. . . δ' ἤμυν' ἑτάρων περὶ τεθνειώτων
καὶ βάλε . . . κατὰ νηδύος ἐς μέσον ἧπαρ·
πῖπτε δέ οἱ πρόσθεν, ψυχὴ δ' ἔκτοσθε βεβήκει.
Πηλοβάτης δ' ἐσιδὼν πηλοῦ δράκα ῥίψεν ἐπ' αὐτόν,
καὶ τὸ μέτωπον ἔχρισε καὶ ἐξετύφλου παρὰ μικρόν.
θυμώθη δ' ἄρα κεῖνος, ἑλὼν δέ τε χειρὶ παχείῃ

---

224 πτερνόγλυφον m. 1, πτερνογλύφον corr. m. 2 F. δὲ ἰδὼν L J F. καλαμίνθης L, καλαμίνθιος F, sed ος corr. m. 2, quae etiam λα inseruit. εἰς L J F.

225 ἥλλατο L J F.

227 ὑδρόχαρης J. δ' ἔπεφνε L J F.

228 κατὰ (κατα F) βρέχματος L J F. ἐγκέφαλον m. 1, ἐγκέφαλος corr. m. 2 F.

230 βορβορόκοιτον J.

231 ἔγχεϊ ἀΐξας J, τον δὲ L, τόν δε J, τὸν δὲ F. ὄσσε κάλυψεν L, ὄσσ' ἐκάλυψε J F.

232 εἷλκυσε νεκρὸν ἐόντα L J F.

233 ἀπέπνιξε] ἀπέθηκε L J F.

234 ψιχάρπαξ (λειχάρπαξ m. 1, ψιχάρπαξ corr. m. 2 F) δ' ἤμυνεν ἑτάρων περιτεθνειώτων (περὶ τεθν. F) L J F.

235 καὶ βάλε πηλούσιον L J F. εἰς L F.

236 πίπτε L J F. ψυχὴ] ἦτορ L F [1], ἧπαρ J F [2]. ἔκτοσθεν L.

238 ἐξετύφλωσεν L, ἐξετύφλωσε J.

239 θύμώθη] μουνώθη J F, ουνώθη L. ἆρ ἐκεῖνος J. ἑλών δε J F, ἑλὼν δὲ L. τε om. L. J F.

240 κείμενον ἐν γαίῃ λίθον ὄβριμον, ἄχθος ἀρούρης,
τῷ βάλε Πηλοβάτην ὑπὸ γούνατα· πᾶσα δ' ἐκλάσθη
κνήμη δεξιτερή, πέσε δ' ὕππος ἐν κονίῃσι.
Κραυγασίδης δ' ἤμυνε, καὶ αὖθις βαῖνεν ἐπ' αὐτόν,
τύψε δέ μιν μέσσην κατὰ γαστέρα· πᾶς δέ οἱ εἴσω
245 ὀξύσχοινος δῦνε, χαμαὶ δ' ἔκχυντο ἅπαντα
ἔγκατ' ἐφελκομένῳ ὑπὸ δούρατι χειρὶ παχείῃ.
[Σιτοφάγος δ' ὡς εἶδεν ἐπ' ὄχθῃσιν ποταμοῖο,]
250 Τρωξάρτης δ' ἔβαλεν Φυσίγναθον ἐς πόδα ἄκρον·
248 σκάζων ἐκ πολέμου ἀνεχάζετο, τείρετο δ' αἰνῶς·
249 ἥλατο δ' ἐς λίμνην, ὅππως φύγῃ αἰπὺν ὄλεθρον.
251 . . . .
252 καὶ οἱ ἐπέδραμεν αὖθις, ἀποκτάμεναι μενεαίνων.
. . . .
260 Ἦν δέ τις εἰνὶ μύεσσι νέος παῖς, ἔξοχος ἄλλων,

240 ὄμβριμον L F
244 μιν] οἱ L J F. μέσην L F. πᾶς δέ οἱ εἴσω in lacuna add. m. 2 J.
245 δυνε J, δύνε F. χαιμαὶ J, χαμαί L F.
246 ἔγκατα· ῥηγνυμένου ὑπὸ δούρατος, quibus addidit man. rec. χειρὶ παχείη J. ἐφειλκυσμένω L, ἐφειλκυμένω F. χειρὶ παχείῃ] χείρεσσι L F.
247 ἴδεν πρασσοφάγος J. ἴδεν ἐπ' F, εἶδε παρ' J. ὄχθησι J F.
250 hic versus in L J F positus est post v. 249. ἔβαλε F.
249 ἥλλατο L J F. λίμνην] τάφρον L J F. ὅπως L.
251 om. L; in J F est: ὦκα δὲ λίμνην ἥλλατο (εἰσᾶλτο F) τειρόμενός περ (τειρόμενος F) δεινῶς· τρωξάρτης (πρασσαῖος in ras. m. 2 F) δ' ὡς εἶδεν ἔθ' (ἔνθ' J) ἡμίπνουν προπεσόντα (προσπ. F).
252 αὖτις F, sed in hoc cod. totum versum delevit m. 2 eadem manus in marg. addidit Baumeisteri vss. 253—259.
260 εἰνὶ] ἐν L J F. νέος παῖς] m. 2 corr. μεριδάρπαξ F.

261 ἀγχέμαχος, φίλος υἱὸς ἀμύμονος Ἀρτεπιβούλου,
ὄρχαμος . . . Μεριδάρπαξ,
[ὃς μόνος εἰνὶ μύεσσιν ἀρίστευεν καθ' ὅμιλον].
263 αὐτοῦ δ' ἑστήκει γαυρούμενος, ὃς κατὰ λίμνην
. . . .
269 εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ νόησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
270 καὶ τότ' ἀπολλυμένους βατράχους ᾤκτειρε Κρονίων·
κινήσας δὲ κάρη τοίην ἐφθέγξατο φωνήν·
Ὢ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι·
οὐ μ' ὀλίγον πλήσσει Μεριδάρπαξ, ὃς κατὰ λίμνην
ἐξαιρεῖ βατράχους βλεμεαίνων· ἀλλὰ τάχιστα
275 Παλλάδα πέμψωμεν πολεμόκλονον, ἠδὲ καὶ Ἄρην,
οἵ μιν ἀποσχήσουσι μάχης κρατερόν περ ἐόντα.
Ὣς ἄρ' ἔφη Κρονίδης· Ἥρη δ' ἀπαμείβετο μύθῳ·
οὔτ' ἄρ' Ἀθηναίης, Κρονίδη, σθένος οὔτε Ἄρηος
279 ἰσχύσει βατράχοισιν ἀρηγέμεν· ἢ τὸ σὸν ὅπλον

---

261 ἐγχέμαχος L J, ἀγχέμαχος F [1], ἀγχέμαχου corr. F [2]. hunc versum sequuntur: μεριδάρπαξ ὄρχαμος (κύδιμος J) μιμούμενος αὐτὸν ἄρηα, ὃς μόνος (μόνον F) ἐν μύεσσιν ἀρίστευεν (ἀρίστευε L F) καθ' ὅμιλον L J F

263 ἕστηκε L, ἕστηκεν J, ἕστηκε F. γαυριάων J. ὃς om. L J F. post hunc versum addit F [2] in margine versus, qui apud Baumeisterum sunt 264. 265. 266. 268.

269 ἆρ L J F. νοήσειε F.

271 τοιήν δ' L J F.

272 ὦ L.

273 οὐ μικρόν με πλήσσει L J F. ὃς om. L J F.

274 ἐξαιρεῖ] ἐναίρειν L, αἵρειν F, κτείνει J. μενεαίνων F.

275 παλλάδ' ἀθηναίην πέμψωμεν ἴδ' (ἄρηά τε?) J.

276 οἳ μὲν J. ἄποσχήσουσι L, ἀποχθήσουσι F [1], ἐπισχήσουσι corr. F [2]

277 ἆρ L J F. Ἥρη] ἄρης L J F. ἐπαμείβετο μῦθον F.

278 οὔτ' ἄρ'] οὐ γὰρ L J F [1], οὐτ' ἆρ F [2] οὔτ' ἄρηος J F.

279 βατράχοις F. post ἀρηγέμεναι (sic) F [2] in margine addidit αἰπὺν ὄλεθρον. ἀλλά γε πάντες ἴωμεν ἀρηγόνες.

281 † κινείσθω μέγα Τιτανοκτόνον ὀβριμοεργόν,
ᾧ Τιτᾶνας πέφνες, ἀρίστους ἔξοχα πάντων,
283 Ἐγκέλαδόν τ' ἐπέδησας ἴδ' ἄγρια φῦλα Γιγάντων.
285 Ὣς ἄρ' ἔφη· Κρονίδης δ' ἔβαλε ψολόεντα κεραυνόν.
[πρῶτα μὲν ἐβρόντησε, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον,
. . . .
288 ἧκ' ἐπιδινήσας· ὃ δ' ἄρ' ἔπτατο χειρὸς ἄνακτος.]
πάντας μέν ῥ' ἐφόβησε βαλὼν βατράχους τε μύας τε·
290 ἀλλ' οὐδ' ὣς ἀπέληγε μυῶν στρατός, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον
ἵετο πορθήσειν βατράχων γένος αἰχμητάων,
εἰ μὴ ἀπ' Οὐλύμπου βατράχους ἐλέησε Κρονίων,
ὅστις φθειρομένοισιν ἀρωγοὺς αὐτὸς ἔπεμψεν.
Ἦλθον δ' ἐξαίφνης νωτάκμονες, ἀγκυλοχῆλαι,
295 λοξοβάται, στρεβλοί, ψαλιδόστομοι, ὀστρακόδερμοι,
297 βλαισοί, χηλοτένοντες, [ἀπὸ στέρνων ἐσορῶντες,]
ὀκτάποδες, δικάρηνοι, ἀχείρεες, οἱ δὲ καλεῦνται

---

281 om. J. μέγα om. L F. ὀμβριμοεργόν τε L, ὀμβριμοεργόν F.

282 τιτάνας L F.

283 καὶ κελάδοντα πέδησας (πεδήσας J) ἴδ' (ἴδ' J) ἄγρια L J, καὶ κελάδοντ' ἀπέδησας ἠδ' ἄγρια F.

285 ἆρ J F. ψολόεντι κεραυνῷ J.

288 ἧκ' L. ὅδ' L J F. ἆρ L J.

289 βατράχους τε μύας τε] ἐπὶ τούς δέ τε μῦας (μύας F) L J F.

290 post ἀπέληγε in F μάχης.

291 ἵετο L. γένος βατράχων ἀγερώχων L J F.

292 ὀλύμπου F. ᾤκτειρε pro ἐλέησε J.

294 ἀγκυλοχεῖλαι L F, ἀγκυλόχειλοι J.

295 post hunc versum F [2] in marg. addit v. 296 Baumeisteri.

297 βλαισσοὶ L F, βλεσσοὶ J. χειλοτένοντες L J F. ἀπὸ στερνῶνος ὁρῶντες L J F [1], . . . σορόωντες corr. F [2] (reliquae litterae evanuerunt).

298 ἀχειρέες L J., οἱ δὲ L, οἳ δὲ J, οἳ δε F. καλοῦνται J. ἀχείρεες οἳ δε καλεῦνται om. F [1], in lacuna add. F [2].

καρκίνοι, οἵ ῥα μυῶν οὐρὰς στομάτεσσιν ἔκοπτον
ἠδὲ πόδας καὶ χεῖρας· ἀνεγνάμπτοντο δὲ λόγχαι.
τοὺς καὶ ὑπέδδεισαν δειλοὶ μύες, οὐδ' ὑπέμειναν,
ἐς δὲ φυγὴν ἐτράποντο· ἐδύσετο δ' ἥλιος ἤδη,
καὶ πολέμου τελετὴ μονοήμερος ἐξετελέσθη.

---

299 καρκῖνοι L J. οἳ ῥὰ J. στομάτεσσιν ἔκοπτον] στομάτευον J. οἳ ῥά νυ στομάτεσσιν οὐρὰς ἔκοπτον F [1], γράφεται οἳ ῥὰ μυάων οὐρὰς στομάτεσσιν ἔκοπτον F [2].

301 οὓς L J F. μῦες L J, μῦς F.

302 ἐς] οἱ J. ἐδύετο L J F.

Theses.

1) In Aesch. Choeph. v. 1022 (ed. Kirchh.) coniectura Emperii ᾗ δ' ὑπορχεῖσθαι κρότῳ retinenda est.

2) In Soph. Ant. v. 40 (ed. Schneidew.) scholii superscripti lectio λύουσα ἢ 'φάπτουσα veram traditionem mihi praebere videtur.

3) In Soph. Oed. Tyr. vv. 1349—50 (ed. Schneidew.) genuinam formam nulla adhuc correctione restitutam esse censeo.

V I T A.

Carolus Kuehn natus sum Gumbinnae a. d. IV. Kal. April. a. 1860 patre Carolo, qui ante hos septem annos de vita decessit, matre Marianna de gente Thiel, qua adhuc viva gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. Gymnasium frequentavi Gumbinnense, quod etiamnunc floret auspiciis Julii Arnoldt, viri doctissimi atque humanissimi; autumno a. 1878 testimonium maturitatis adeptus sum. Deinde in academia Regimontana philologiae studui per quatuor annos; tria semestria proseminarii, tria altera seminarii sodalis fui. Audivi viros hos inlustrissimos:

Friedlaender, Hirschfeld, Jordan, Ludwich, Quaebicker †, Ruehl, Schade, Walter,

quibus omnibus, imprimis autem Ludwichio, gratam memoriam servabo.